

A 231
4

Hist.

III. C. 3.

ah DEO T. O. M.
32
CLEMENTISSIME ANNVENTE,
RECTORE ACAD. ROSTOCH. MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC
DOMINO,
DOMINO FRIDERICO,
PRINCIPE HEREDE MECLEBURGICO,
PRINCIPE VANDALORVM, SVERINI AC RACEBURGI,
COMITE ITEM SVERINensi, TERRARVM ROSTOCHII AC STAR-
GARDIAE DYNASTA,
PRINCIPE AC DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO
DISPVINATIONEM PHILOSOPHICAM,
QVO SENSV AETERNITAS DEI
FIXA SIT MOMENTVM,
MODESTE DISQVIRENT EM,
EX CONSENSV
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS,
PRAESIDE
JOACH. HENR. PRIES,
S.S. THEOL. DOCT., PHILOS. P.P. O., AD AEDEM D. JOH. PASTORE,
SVAEQVE FACULTATIS HACTENVS DECANO,
D. XII. APR. MDCCCLII.
IN ACAD. ROSTOCH. PUBLICO ERVDITORVM
SCRVTINIO SVBJICIET,
RESPONDENS
CAROLVS FRIDERICVS LOPPNAV,
FRIDERICITOPO - SLESVICENSIS, S.S. THEOL. ET PHILOS. CVLTOR.

ROSTOCHII,
LITTERIS RÖSIANIS.

COROLLARIA RESPONDENTIS
IN FUGAM VACUI ADDITA.

Conditio impossibilis propositionem facit negantem
(per princ. Log); facile igitur patet, quid de hac
propositione judicandum sit: si methodum mathemati-
cam rite semper observare possimus, sumus infallibles.

2.

Non dantur plures perfectiones facultatis cognosci-
tivæ praeter extensivam & intensivam. Neutra harum se-
parari debet, in utriusque tamen collisione exceptio ita fa-
cienda est, ut extensiva cedat intensivæ. Iliacos tamen hic
intra muros peccatur & extra.

3.

Immensitatem intellectus Divini ex consideratione
mundi corporei illustrarunt Philosophi; mundus Pneuma-
ticus nostro judicio luculentius id præstat.

4.

Cultura scientiarum culturam linguarum secum
habet connexam. Interim tamen a lingua non sa-
tis exculta ad barbariem gentis, cuius est lingua, non
valet consequentia. Exemplo esse potest lingua nostra
germanica.

(3)

5.

COROLLARIA EPISTOLARIA

Non errant, qui in JOH. BAPT. PORTÆ regulis
Physiognomicis nihil solidi sibi invenisse visi sunt.

6.

Ex vero pronuntiavit ALEX. POPE in dem Ver-
such von den Eigenschaften eines Kunstrichters, statim ab
initio: Mit unsern Urtheilen ist es bewandt wie mit un-
sern Uhren. Keine kommt mit der andern just überein. Und
doch glaubet ein jeder der seinigen. Luculentissimum hu-
jus rei argumentum suppeditant dissensiones eruditorum,

7.

Fines Dei non perpendunt, qui nostris tempori-
bus incolas Planetarum, monades, præexistentiam animæ
humanæ in animalculo spermatico, &c. imo quævis
fere in vento recentissima, in scriptura S. querunt.

8.

Dominum affectuum servitus est moralis.

PRAE-

X

PRAESTANTISSIMO DOCTISSIMO QVE
DOM. RESPONDENTI

S. P. D.

P R A E S E S.

Non possum non quin publice significem,
quaꝝ TIBI Praestantissime ac Doctissime
Dne. LOPPNAV! debeantur, circa id, quod
in praesenti suscipimus, disputandi negotium.
Te enim autore accidit, vt ad concinrandam
hancce, quam publico nunc examini submitti-
mus, Dissertationem memet accinxerim, cum
ante aliquot tempus mihi significares, animum
Tuum intrasse cupidinem prodeundi in publi-
cum, viresque ingenii Tui, & quantos huc us-
que in studiis feceris progressus explorandi. Eo
gratius id mihi accidit, quo magis irriti fuerunt
hactenus omnes mei conatus, offendendi vnum
alterumve ex Dnis. Commititonibus ad suscipi-
endam, qua fungi nunc cupis, Respondentis
prouinciam, alacrem et promptum. Digna res
certe! praeclara mentis Tuae indole, Tuoque
ar-

ardore enitendi cum Deo et die ad honesta
quaevis et laudatissima, quem non solum in Re-
gio, quod Altonaviae floret, Gymnasio, sed in
nostra quoque Academia testatus es et adhuc
testaris, gratus et acceptus omnibus bonis, nec
vulgaria aliquando, si in eo, quod ingressus es,
diligentiae et uirtutum stadio, strenue decurrere
perrexeris, de Te promittens. Gratulor idecirco
Plur. REVERENDO Dno. PARENTI TVO,
de filio optimæ frugis. Gratulor yniuersae Tuæ
Familiae honoratissimæ, de novo splendore abs
Te exspectando. Gratulor Tibi de eo, quod
nunc suscipiſ, negotio, nullus dubitans, quin
cum Auditorii applausu eam quam suscepisti,
exornaturus sis spartam. Quod superest, gra-
tiae Divinae Temet cupio commendatissimum.
Vale meque amare perge.

Scribebam Rostochii d. 8. Apr. MDCCCLII,





¶ ¶ ¶

DISPVTATIO PHILOSOPHICA,
QVO SENSU AETERNITAS DEI FIXA SIT
MOMENTVM,
MODESTE DISQUIRENS.

SVMMA DICENDORVM.

Praemissio breviori praefamine,
I. Circa doctrinam de aeternitate
Dei notatur, Philosophorum
1. Consensus §. I.,
2. Dissensus. Vbi recensentur
defensores aeternitatis
Ν fluxae, i. e. successionis
haud expertis §. 2,
δ fixae, s. successionibus ca-
rentis §. 3, & quidem
α perverse §. 4,
β senioribus principiis
convenienter explica-
tae §. 5.
II. Varii significatus termini
momenti indicantur §. 6,

- III. Quaestio ipsa excutitur, &
qvo sensu aeternitas Dei fixa
1. non sine contradictione
pro momento haberi debe-
at, §. 7
2. quo minus, expenditur §. 8.
IV. Examinantur argumenta
SOCINIANORUM, ARMINI-
ANORUM, aliorumque, inpri-
mis recentiorum, quibus o-
mnis aeternitas fixa, non sine
absurditate, ceu momentum si-
stitur, & quod sanam, de aet-
ernitate Dei fixa, doctrinam
haud feriant, comprobatur
§. 9. 10.
V. Concluditur tractatio §. II.
A §. I.



ircumspicientibus nobis disputandi materiam, quae et curatori examine digna, et temporum, in quibus viuimus, rationi accommodata vide-
ri posset, succurrebat controuersia de aeternita-
te Dei, utrum fixa ea sit an fluxa, quae recen-
tissimorum etiam Philosophorum diuidit senten-
tias. Animaduertebamus licet, in primis circa
eorum, qui pro aeternitate fluxa pugnant, argumentum: aeterni-
tatem, que fluxae opponitur, non esse a contradictione libe-
ram, eo quod pro momento & punto haberi debeat, superesse
nonnulla, quae dici adhuc & possint & debeant. Quapropter
nec tempus nec operam male nos collocaturos credebamus, si
eam, quam Dissertationis titulus indicat, quaestione uberiori
subjiceremus, scrutinio. In quo negotio, quod Deus feliciter
nobis cedere jubear, legitime expediendo, id nobis prius incumbe-
re judicamus negotium, ut quid aeternitas Dei sit, quid momen-
tum, et quam variis uterque terminus subificatur significati-
bus, dispiciamus; quam quo sensu res ipsa, de qua quaeritur,
aut admittenda, aut contradictoriis adnumeranda sit, dici queat.

Vt igitur de aeternitate Dei ordiamur, in eo videmus con-
sentire Philosophos ad unum omnes, quod ad attributa Divina
ea ipsa debeat referri. Dei enim aeternitatem pro existentia eius
continuata omnes habent, et existentiae Diuinae rationem in ipsa
Diuina essentia quaerendam esse recte perhibent. Praedicata vero,
quae rationem sui in essentia habent Diuina, attributorum
Diuinorum nomine veniunt (*per defin. attribut.*). Et quamvis
haud exiguis deprehendatur dissensus, quae essentia, siue quis
primus de Deo conceptus, quis fons et radix attributorum Diui-
norum assumendum sit (1), nullus tamen Philosophorum istius-
modi

(1) Varias variorum hanc ma-
teria sententias collegerunt et di-
judicarunt, post Cel. Dnum REV-

SCHIVM in *Metaphys.* §. 877, seqq.
b, Ioh. Paul, HEBENSTREIT, in
Philosoph. prima Part. III. Sect. 2. cap.

modi vñquam allegauit de Deo conceptum primum, ex quo aeternitatem deriuare haud conatus sit. In ea tantum dissident quæstione, leuioris tamen momenti: Vtrum aeternitas Dei ad attributa eius positiva, i. e. talia, quae perfectionem aliquam in Deo ponunt s. affirmant, vtrum vero ad negativa, id est talia, quae imperfectionem aliquam in Deo negant s. remouent, refrenda sit (2).

Porro in eo deprehendimus amice conspirare singulos, quod aeternitas Dei sit duratio (3), sine omni inicio et fine non actuali saltem, sed etiam potentiali. Seu quod idem est; Aeter-

A 2 nita-

I. thes. 5. pag. 956. b. Ioh. Wolfgang. IAEGERVVS in theol. natur. cap. II. pinc. 2. pag. 23. seqq. Recentius magna cum industria id egit Cel. Dnus Ioh. Adam. OSIANDER, Tübingensis Academiae Philosophus et Philologus in Disp. de conceptu Dei primo Tubing. 1748. habita.

(2) Potest aeternitas Dei ad attributa positiva, potest autem ad negativa quoque referri, alio tamen atque alio respectu. Ad negativa pertinet, quatenus per aeternitatem Dei remouetur omnis terminus s. initium et finis in existendo, omnisque successio etc. Ad positiva autem spectat, in quantum per eam existentia s. duratio perfectissima intelligitur. Conf. S. R. Dnus FEVERLINVS, Philosophus et Theologus celebratissimus, in Dissert. de aeternitate Dei omnem sucessionem excludente SeCt. I. §. 6. pag. 9. b. IAEGERVVS I. c. art. 4. pinc. 2. pag. 74. seqq. et Ioh. CLERICVS, sub filio Theoph. ALETHINI no-

mine latens, ad Dionys. PETAVIUM de Theol. Dogm. Tom. I. Libr. III. cap. 3. §. I. num. 71. pag. 135.

(3) Post Scholasticorum non nullos apud MENDOZAM Metaphyl. Disp. XVII. SeCt. I. §. 3, Per illustris Dnus L. B. a WOLF in Theol. natur. Part. I. §. 39. Schol. I, existimat, terminum durationis minus recte de aeternitate Dei adhiberi posse. Suffragatur ipsi Celeb. Dnus RIBOVIVS in Inst. Theol. Dogm. §. 260. Sed quantum nos quidem mentem tantorum Virorum perspicimus, eam praecise intelligent durationem, quae duratio relativa actualis vulgo appellari solet. Haec quidem, quamvis Deo utique competit, ipsi tamen non nisi existente mundo tribui potest, cum quo cooperunt saltem res successuae extra Deum existere, ad quas existentia eius referri potest. Hinc duratio hoc significat aeternitati Diuinae tribui haud potest, cum initium ipsi hac

4

* * *

nitatem Dei esse durationem non interminatam tantum, sed etiam interminabilem. Admittere hoc oportet omnes, qui absolutam Dei necessitatem non negant. Per hanc enim oppositum existentiae s. non existentia, adeoque ortus et interitus, initium et finis in existendo, in Deo simpliciter est impossibilis. Ponamus igitur, quod salua veritate haud licet, mundum ab aeterno creatum esse, et existere cum tempore infinito : ponamus porro, aeternitatem Dei aequa ac tempus infinitum successionibus haud carere ; duratio tamen Dei et mundi inter se distinctae forent, nec hac ratione omnis inter aeternitatem Dei et tempus infinitum differentia exspiraret. Mundus enim sine initio actuali saltem foret, Deus vero etiam sine potentiali existit. Duratio mundi interminata duntaxat esse posset, Dei vero est interminabilis, adeoque mundus accurate loquendo Deo coeternus dici haud posset (4). Nec prorsus refragabitur illis, qui aeternitatem Dei, per huncce interminabilitatis characterem, a tempore infinito accuratius distingui posse putant, quam per absentiam omnis successionis (5).

§. 3.

hac ratione sit adscribendum. Qui-
cunque vero aeternitatem Dei du-
rationem vocant, illi durationem
Dei absolutam intelligunt, quea
existentiae diuinae aequipollent.
Plura hac de re ad §. 6. dicemus.
Tota igitur haec lis in solis termi-
nis modoque loquendi later. Nos
interim communem loquendi v-
sum sequemur.

(4) Non igitur opus est, ut ad evincendum, quod aeternitatem inter et tempus infinitum intercedit, discrimen, ad Systema de aeternitate, omnibus successionibus carente, configiamus, nec hanc ob causam defensoribus suis ablandiri, cum Cel. Dno HOLLMANNO

*Disputat. s. t. aeternitatem successionis
expertem nec esse, nec esse posse §. 26.
pag. 23. dicendum est.*

(5) Vrbit hanc differentiam in-
primis PERILLISTR. Dnus a WOLFE
in den W. Ged. von Gott sc. s. in Metaphys. German. §. 1075, qui tot di-
sceptationibus occasionem praebuit : „Wenn gleich Gott die Welt
„von Ewigkeit hervorgebracht hätte,
„so wäre sie doch deswegen nicht auf
„neine solche Art ewig, wie Gott : Denn
„sie wäre in einer unendlichen Zeit.
„Gott ist hingegen außer der Zeit. Und
„deswegen wäre sie doch auch ihrer
„Dauer nach von Gott unterschieden.
Verum enim certum sit et exploratum,
plures dari creaturas, sine
omni-

Jam vero, in quo circa aeternitatem Diuinam se manifestet dissensus, ulterius recensendum erit. Atque sic teste historia edocemur, de eo quam maxime disputari: Vtrum sola interminabilitas comprehendat omnia, per quae aeternitas Dei a tempore infinito semet secernit. Negavit id communis philosophantium cohors, aeternitati Diuinae absentiam adhuc omnis successionis competrere, sive *fluxam* eam esse afferens. His nonnulli sicut opposuerunt, aeternitatem Dei interminabilem quidem, successionis tamen haud expertem sive *fluxam*, omni nisi defendentes. Ad posteriorum numerum omnium primi vulgo referri solent **SOCINIANI**, quamvis diffidendum non sit, iam longe ante Socinianorum tempora extitisse nonnullos, qui negata prorsus aeternitate Dei fixa, fluxam eam statuerint. Inter Scholasticos in primis notandus est **AVREOLVS**, Doctor facundus (6), qui contra **D. THOMAM** disputans, aeternitatem Dei successionis expertem esse simpliciter negat, eo quod putet, de ratione formalis durationis esse successionem. Interim certum est, Socinianos primam publice hac de re disceptandi dedisse occasionem. Communem eorum mentem exponit Catechismus Racouensis (7). Is enim ad quaestione: *Quid est nosse, quod Deus sit aeternus?* ita respondet: *Id, quod principio et sine caret.* Clarius hac de re loquuntur **SOCINV S**, **GOSLAVIVS**, **ZWICKERV S**, **Iob. CRELLIVS**, **SMALCIVS** etc, quorum loca allegasse haud opus est,

A 3

cum

omnibus mutationibus hinc successionibus intrinsecis, adeoque siue omni tempore interno, existentiam suam diutissime continuantes, non videmus, qua ratione harum duratio a duratione Dei per solam absentiam omnis successionis distingui queat. Legi hic possum **SWAREZ Metaphys. Disput.** L. **Sect. VII.** num. 3 et 4., b. **FRANKIVS** in exercit. anti-Limburchianis exercit. 2. Cap. I. §. 4. pag. 61

et 62. Celeb. Dnus **FEVERLINVS** I. c. **Sect. I.** §. 10. pag. 12, 13, et **Sect. II.** §. 5. pag. 23.

(6) Apud **CAPREOLVM** libr. I. **dijstinct. 9. art. 2.** Verba eius allegat, disputans contra ipsum, **SWAREZ** in *Disput. Metaphys. Disput.* L. **Sect. III.** num. 2. pag. 586.

(7) *De cognitione Dei* cap. I. pag. 28. edit. variss. **Racouensis** anni 1609.



cum scriptores Anti-Sociniani, Philosophi pariter ac Theologi, ea facile suppeditare queant. Nec eos sine ratione id afferere dubitabit quisquam, qui in Systemate Socinismum dijudicare nouit. Hoc enim si constare sibi deberet, in sola interminabilitate o-
mais duratio Dei ponenda est. Nec enim futurorum contingentium notitiam s. praescientiam Deo denegare, cognitionisque augmentum in tempore ipsi tribuere, nec formationem et mutationem decretorum in tempore, prout rerum in mundo existentium ratio id postulat, defendere, nec mutationes actu Deo tribuere possunt infalta huius sectae aseclae, nisi perpetuis Deum mutationibus intrinsecis, hinc successionibus, subiiceant. Quod si igitur nonnulli offendantur ex horum grege, qui Dno, Cancellario a MOSHEIM teste (8) cautius opinantur, nec ad eam, quae internos recepta est, sententiam accedere formidant, verbis ludere voluisse censendi erunt, nec, si ad analogiam reliquorum, quos fouent, errorum, dijudicentur, de iniuria sibi illata conqueri poterunt. Eodem ordine et numero ARMINIANOS haberi constat. Nominaremus hic ante omnes CONR. VORSTIUM (9), nisi dubium foret, utrum ad Socinianos, utrum vero ad Arminianos is referendus sit (10). Id tamen certum est, de aeternitate Dei eandem ipsum, quam Sociniani, tibiam inflasse, ita quidem, ut quemadmodum aspis a vipera mutuatur venenum, sic ipse Job. CRELLIO, homini Sociniano, arma contra aeternitatem Dei fixam subministraverit (11). Reliqui Arminiani, si Job. CLERICUM (12) excipiamus, timidius in hac materia procedunt.

In

(8) In notis ad CVDWORTHVM pag. 781.

anser etc. Tom. III. pag. 567. et
568.

(9) In libro de Deo Disput. III.
pag. 21 in notis, nec non pag. 226.
item in exegesi Apologetica pag.
103.

(11) Mea hic ex parte feci verba HOORNBECKII in socin. confutato Tom. I, libr. 2. cap. 1. Sect. 3.
pag. 279.

(10) vid. Gel. Dn. D. WALCHI-
US in der Einleitung in die R. Streit.

(12) Is enim sine omni tergi-
versatione afferit; ideam Platoni-
cam

In eo enim toti sunt, ut momentum quaestioni extrentur, non necessariam eam esse, sed scholasticam potius sapere subtilitatem, ineluctabiles hic deprehendi difficultates, credi debere Deum aeternum, modum aeternitatis vero Deo relinquendum, nec temere hic aliquid definitum esse, iudicantes, quamvis haec omnia insimul ita proponant, ut facile appareat, non sine propensione in eam, quae aeternitatem Dei fluxam sistit, sententiam, id fieri. Quid? quod fateri haud vereantur nonnulli, tuitorem et faciliorem imo verisimilimam eam videri. Iudicantes ita reperimus EPISCOPIUM, CURCELLAEUM, LIMBORCHIUM et CATTENBURGIUM, quorum meditationes in compendio exhibent b. ZELTNERUS (13) Celeb. Dnus FEUERLINUS (14) et Celeb. Dnus WALCHIUS (15). Conveniunt cum his omnibus in conclusionibus, quamvis in principiis doctrinisque connexis discrepantes, adhuc alii, ob rationes modo allegatas tarnen, cum superius recensitis, non uno eodemque loco et ordine habendi. Nominandus hic venit Petr. GASSENDUS (16), qui aeternita-

cam aeternitatis, esse inter eius Philosophi μετεωρολογικηα habendam, nec ullam dari rationem cur eam admittamus: animum nostrum potius eo ferri, ut in duratione Dei successionem admittat, durationem Dei absolutam et relativam, successionem imaginariam et veram turpiter confundens. Conf. eius *Ontologia* cap. V. §. II. pag. 355. in Opp. Philosop. Addatur eius *Biblioth. choisie* Tom. V. pag. 56. seqq.

(13) In breviar. controvers. cum Remonstrant pag. 59.

(14) I. c. in praefat. ubi CAT- TENBURGII sententiam recenset, qui in Boethiana et in opposita doctrina quadam expungen-

do, totam hanc litem dirimere conatur, ita tamen ut non pauca superfluit his addenda.

(15) loco num. 10. allegato.

(16) in *Phys. Sect. I. libr. II. Tom. I.* opp. pag. 226. seqq. edit. Lugdum. anni 1658. Ex relatione Dni a VOLTAIRE in *Metaphysica NEUTONI*, quae *Operibus eius Tom. I.* inserta legi potest, cap. 2. pag. 30. Virum summum NEU- TONUM ab hac sententia haud abfuisse, credendum est. Ita enim Vir insignis scribit: „Il suffit de „remarquer, qu'en tout ce qui re- „garde l'espace, la duree, les bor- „nes du monde, Neuton suinoit „les anciennes opinions de Dé- „mo-



rem fixam non crucem solum ingenio figere, omnemque fugere captum, sed etiam omnem durationem in conceputu suo successionem inuoluere existimans, inter essentiam seu substantiam Diuinam eiusque existentiam s. durationem, distinguit, illi nullas, huic vero successiones perpetuo fluentes adscribens, adeoque omnem prorsus aeternitatem Dei fixam negans. GASSENDI vestigiis institerunt recentissime Celeb. Dnus Sam. Christ. HOLL-MANNUS, Philosophus Göttingensis (17), Cel. Dnus Chr. Aug. CRUSIUS (18) Philosophus antea, nunc Theologus Lipsiensis, et, qui utrumque sequitur, Praecl. Dnus Jo. Aug. KÖSELITZIUS, tunc temporis Philosophiae Magister in Academia Lipsiensi, (19) aeternitatem fixam Platonicum Böethianumque figuramentum, vanum omnique fundamento carent terriculamentum, quo ipso Atheis suppeditetur occasio illudendi doctrinae sanctissimae et omnium ponderosissimae de Deo, appellantes, dogma vero oppositum, de successionibus in aeternitate diuina, inter veritates aeternas reponendum esse, opinati. Accessit ad horum numerum, longius tamen ac reliqui omnes, in proxime antecedentibus commemorati, progressus, Autor quidam Anonymus, cuius meditationes novellis litterariis insertae leguntur (20), qvibus omni

„mocrite, d' Epicure, et d'une „foule de Philosophes rectifiés par notre célèbre Gassendi. „Neuton a dit plusieurs fois a quel- „ques François, qui vivent enco- „re, qu'il regardoit Gassendi „comme un esprit tres-iuste et „tres-sage, et qu'il faisoit gloire, „d'être entierement de son avis, „dans toutes les choses, dont on „vient de parler.„ Verum hæc autori suo defendenda relinquimus.

(17) In Disput. s. t. aeternitatem successionis expertem nec esse, nec esse posse Göttingae 1739, nec non in

institut. Pneumatolog. et Theolog. na-
tural. cap. IV. §. 149 seqq. pag.
271. seqq.

(18) In dem Entwurf der noth-
wendigen Vernunftwahrheiten s. in
Metaph. §. 55. et 255.

(19) In Disput. de successione mo-
mentorum in ipsa aeternitate Lipsiae
1746.

(20) vid. Freie Urtheile und Nach-
richten zum Aufnehmen der Wissen-
schaften und der Historie überhaupt,
quæ Hamburgi per aliquot annos
prodierunt, anni 1745, num.
96. pag. 783. seqq.

* * *

omni conatu id egit, ut evinceret, enti necessario existentiam
quidem necessario competere, absentiam omnium mutationum,
hinc successionum, necessaria consecutione se invicem excipien-
tium, non item. Atque hi omnes, si autorem Anonymum, ul-
timo loco commemoratum, excipiamus, omnem aeternitatem fixam ex ea insimul impugnant ratione: quod non sine insigni ab-
surditate pro momento et puncto haberi debeat, cœu eorum me-
ditationes, §. 9. et 10. recensendae, testabuntur. Vnicum adhuc
de Job. TILLOTSONO. Sam. CLARKIO et Petr. BAELIO adden-
dum restat. Deprehendimus hos omnes inter aeternitatis fixae ad-
versarios sine discrimine referri, cuius tamen contrarium, ne quid
dissimulemus, nobis asserendum videtur. Quantum enim men-
tem horum omnium nobis perspicere datur, non omnem aeter-
nitatem Dei fixam, sed eam tantum quae ex mente nonnullorum
male explicatur, et de qua §. 4. plura dicemus, reiicere cen-
fendi sunt. Ex TILLOTSONII enim verbis a Sam. CLARKIO
(21) allegatis, manifestum est, ipsum eam tantum negare aeter-
nitatem Dei fixam, quae ex mente nonnullorum Scholasticorum totam
Dei durationem tanquam instantis sibi imaginatur, quaeve futura omnia
praesentia et existentia eoram Deo asserit, in quo quidem neminem
sibi facile habebit contradicentem. Ipse vero Sam. CLARIUS
(22) necesse putat, eus necessario existens ab aeterno et in aeter-
num sine fine existere, modum vero hujus existentiae aeterae omnium
facultatem s. captum longe transcendere, certum internea esse, nullum
dari durationis Diuinæ aeternæ momentum, omnia praesentia prae-
terita et futura Deum penitus habere perspecta, uno Diuinæ sua-
mentis ictu vel intuitu, omnia quoque potentiae atque directioni suae obno-
xia esse, ac si simul ipsi sacerdcentur coram, nullaque rerum esset suc-
cessio. Haec omnia intelligibilia esse, et ita evidenter de aeterna du-
ratione disputari, ut nullus Atheus pro impossibilibus aut absurdis ea
sibilare posset. Uno verbo aeternam durationem esse interminabilem

(21) in demonstr. existentiae et at. MASII hist. Atheismi adhaeret,
tributorum Dei, quae JENK, THO- pag. 58. et 59.

(22) loco num. 21. cit pag. 56.



usae totam simul et perfectam possessionem. Deinceps vero ad Scholasticorum ineptias progressus, eos impugnat, qui aeternam Dei durationem instar puncti sibi concipiunt, omnia praeterita et futura physice et realiter praesentia esse fingentes, et qua hanc saltem partem **Petr. GASSENDI** argumenta etiam sua facit, et ad **TILLOTSONII** autoritatem provocat. De **Petr. BAELIO** (23), cuius errores gravissimos, in quanplurimis maximi momenti capitibus, ceteroquin probe agnoscimus, et ex animo derestinatur, ipsa inspectio docet, talem ipsum aeternitatis Dei ideam in mente habuisse, qualem ex **CARAMVELE**, de cuius opinione ex §. 4. constabit, hauserat, scilicet, quae sit inßar puncti mathematici, i. e. existentia, quac unquam cogitari potest, minima, in qua omnia coeunt in unum, quaeve durationi mundi addita nullum ipse afferit augmentum, quemadmodum baculi longitudi haud alteratur, sine addatur, sine subtractatur ipse punctum mathematicum. Hanc quidem aequa minus concipi posse arbitratur, ac turpem transubstantiationis errorem. Idem quoque iudicium de assertis Dnorum auctorum der allgemeinen Welthistorie ferendum putamus (24). Hi **Petr. BAELIVM** securi, eodem modo de aeternitate loqui censendi sunt. „Man kan nicht absehen, scribunt, wie es möglich sei, sich die Ewigkeit als einen Augenblick vorzustellen, oder begreifen, wie etwas zugleich und auf einmal da sei, welches doch nothwendig, als mit allen Folgen auf einen andern kommender Dinge, fortdaurend angesehen werden muß.“ Lucem haec verba ex §. 4. accipient. Manifestum igitur est, hos omnes minus recte inter aeternitatis fixas aduersarios collocari debere, nisi eandem omnibus, qui Scholasticorum nugis semet opposuerunt, maculam adspargere velimus.

S. 3.

Communis interim et, vt suo loco evincemus, recta et vera, pro aeternitate Dei fixa militat sententia. Quis primus inter Philosophos eam docuerit, disputatur. Dantur enim, qui cum

(23) In *Dig. Histor. Crit.* Tom. IV. artic. Zabarella pag. 540. ver-
(24) Tom. I. in der Einleitung
fion, german.

* * *

cum Rad. CVDWORTHO (25) iam apud PARMENIDEM eius vestigia sibi inuenisse videntur; dantur e contra, qui cum Celeb. Dno a MOSHEIM (26) et Dion. PETAVIO (27) non ultra PLATONEM assurgunt. Nos rem in medio relinquimus. Id integrum certum est, eam quinto vel sexto seculo antiquorem esse, in eaque defendenda Gentiles, Iudeos et Christianos, iam longe ante modo commemorata tempora, inter se conuenisse. Gentilium hac de re sententias collegerunt HUETIVS (28) et PANNERVS (29). Attentionem hic ante omnes merentur Platonici (30). Nec PLUTARCHI meditationes hac de re legisse poenitentebit quemquam, quippe qui ita philosophatur (31), ut meliora ab homine Gentili exspectari nequeant. Quid Iudaici Gentilium Christianorumque inimici infensissimi, doctrinarumque, quas a maioribus suis acceperunt, tenacissimi propugnatores, hac in parte affirment, vel ex solius R. Mojs MAIMONIDIS scriptis iudicari potest, ex quibus loca hoc spectantia concessit lob. a LENT (32). Testimonia R. BECHAI (33) et R. Joseph ALBO (34) nunc mittimus. Patrum ecclesiae asserta dabit Dion. PETAVIVS (35),

B 2. stricti omnia similiter vel

(25) In System. intellect. pag. 467.

(26) In notis ad CVDWORTHO THVM pag. 780.

(27) In Theolog. Dogmat. Tom. I. libr. III. cap. IV. pag. 138 seqq.

(28) In quaest. Alhetan. libr. II. cap. 2. § II. pag. 107.

(29) In System. Theol. Gentil. prur. cap. 2.

(30) PROCLVM in primis et PLOTINVM intelligimus, quorum loca excitat HUETIVS l. c. Dion. PETAVIVS l. c. et de quibus mox plura dicemus.

(31) πέρι τούτου τοῦ εἰδήσεως Δελφοῖς, de ēi apud Delphos Tom. II. num. 27. pag. 384. ex edit. XYLANDRI. Dignae sunt, quae iungantur notae Dni a LAVAVR in der Geschichtte der Fabel in Vergleichung mit der

heil. Geschichte pag. 87 seqq. Conf. etiam b. Dnus REINBECK in den Betrachtungen über die U. E. Tom. I. Confid. 5. §. 4. pag. 121. in notis.

(32) In Theol. Iudaeorum moderna cap. III. §. 13. pag. 90. et Cap. V. §. 5. pag. 148. Philon. IVDAEI confessiones legi possunt apud Dionys. PETAVIVM l. cit. pag. 139.

(33) Apud GÜRTLERVM in Institut. Theol. cap. 3. §. 49. pag. 34.

(34) In Thesaur. Disput. MENTHENIANO Tom. II. pag. 738. Aeternitas a recutito hoc Doctore definitur, quod sit: Tractus vel duratio immensurabilis, quae intelligitur existere perpetuo scilicet ante mundi creationem, scilicet post interitum eius, sed tamen, ut in illa duratione nulla sit vicissim, quae deprehenditur ex mortu coeli.

(35) loc. cit. p. 139. 140 etc.

vel ex solius AVGVSTINI operibus, si opus foret, in multis ad-
huc augendus et supplendus. Seculo sexto floruit ANICIVS
MANLIVS TORQVATVS SEVERINVS BOETHIVS (36), no-
tandus ideo, quod notionem Platonicorum, etiam quā singula
verba ex PROCLO et PLOTINO imprimis haustam: aeternitas est
interminabilis vitae tota simul et perfecta posseſſio (37) Christianos
docuerit. Non solum enim statim post BOETHII tempora, ista
definitio recepta, sed et a Scholasticis ciuitate quasi Philosophica
donata fuit, quamvis in ea explicanda non vna eademque omni-
bus mens fuerit, ceu ex §. 4 et 5, palam fier. Hinc mirum non
est, definitionem Platonicō-Boethianam ab omnibus, quibus
Theologia Scholastica ad palatum fuit, etiam Protestantibus, lu-
bentissime adhibitam fuisse, quippe qui sequioribus temporibus
aeternitatem Dei fixam, etiam sub isto Platonicorum, Boēthii et
Scholasticorum terminorum inuolucro, ab admixtis tamen abſur-
ditatibus peruersisque opinionibus repurgatam, omni conatu,
contra singulos, quos §. praeced. excitauiimus, defendendam fi-
bi sumserunt (38). Quae facies huius doctrinae sit recentior et
recentissima nemo facile, nisi rerum, quae in republica literaria
geruntur, prorsus incurius, ignorat. Id exploratum est omni-
bus, arduis de Deo veritatibus aeternitatem fixam accenseri, in
qua

(36) Vitam eius copiose describit, autoresque hoc spectantes re-
censem Celeb. Dnus BRVCKERVS
in *Histor. Crit. Philos.* Tom. III. Pe-
riod. II. Part. II. libr. I. cap. 3. §. 33.
pag. 524 seqq.

(37) In libro notissimo, quem
in carcere composuit, sub titulo:
Consolatio Philosophica libr. V. Prosa
6. Fata huius definitionis expo-
nit Celeb. Dnus FEVERLINVS
I. c. Cap. II. §. 5 seqq. pag. 22 seqq.

(38) Plura ad hanc Periodum,
Scholasticis proximam, spectantia
desiderans, adeat Celeb. Dnum a
MOSHEIM in *notis ad CVDWOR-*

THVM I. c., quem in concinnanda
historia doctrinae de aeternitate
Dei, ut collatio quemlibet condo-
cefaciat, exscribere noluius. V-
nicum adhuc addimus de *Int. Caef.*
VANINO, ob imputatum Atheismum,
utrum iurean iniuria nunc
non disquiremus, igni adiudica-
tum Producit Dnus a VOLTAIRE,
in meditationibus suis über die Wies-
tersprüche in dieser Welt, quae eius
scriptis historicis minoribus (Hei-
tern historischen Schriften Rostoch.
1752) insertae leguntur, pag. 303,
locum ex rarissimo Amphitheatro
Vaniniano, ex quo patet, ipsum de
aeternitate Dei recte sensisse.

qua demonstranda et vindicanda omnes intendunt nervos, quotquot Theologiam excolunt naturalem (39), quamvis qua modum loquendi, non vna eademque ab omnibus id fiat ratione. Nonnulli enim Platonicos, Boëthium et Scholasticos, qua ipsos sequuntur terminos ipsumque loquendi modum, quem, cum semel iam receptus, et in scholas praesertim Theologorum introductus sit, deserere nefas ducunt. Alii vero rem ipsam terminis Platonicorum, Boëthii et Scholasticorum exprimi solitam ornant quidem et tuerentur: ipsam vero definitionem supra allegatam, tanquam obscuram, ambiguam, aenigmaticam, Poëticam magis quam Philosophicam, plurimis alius vitiis Logicis inquinata, offensionisque multum, commodi parum aut nihil habent reiiciunt, et ex scholis Philosophorum et Theologorum eliminatam cupiunt (40). Indicanda haec putauimus, ut ne, qui

B 3 in

(39) Perillustrem Halensis Academiae Dnum Cancellarium L. B. à WOLF, nostri seculi Philosophorum, facile Principem strenuum aeternitatis fixae defensorem esse, ex scriptis eius, in primis ex *Theol. natural.* Part. I. §. 74. seqq. patet. Ex affectis eius, notioribus quam vt hic recensentur, haec tenus neminem, post studiosum licet eius rei scrutinium, inuenire potuimus hic contradicentem. Haud pauci definitionem Platonico-Boëthiano-Scholasticam etiam qua verba sumfaciunt, explicant et defendunt, B. Dnus HECHTIUS equidem in notis ad b. RAMBACHII Colleg. Anti-Socinianum Part. II. pag. 698. nota n, Celeb. Dnum HOLLMAN- NVM ad Wolfianos refert Philosophos, id ramen b. Viro, et qui forte ipsi hac in parte subscripti, defendendum relinquimus. In primis vero hic nobis commemo randi veniunt, qui recentissimo-

rum conatibus §. 2. enarratis se mett oposuerunt, Celeb. putamus Dnum RIBOVIVM in *Infir. Theol. Dogmat.* §. 260. pag. 150, Celeb. Dnum CANZIVM in *Theol. naturali Thetico-Polemica Sect.* I. cap. s. §. 43. pag. 113, Celeberr. Dnum WINCKLERVM in *Programmate Lips.* 1747 diuulgato, s. t. an aeternitas Dei momentis confiter? Celeb., Dnum AHLWARDT Disputat, de immutabilitate Dei ex absurda eius necessitate asserta Gryph. 1747, et Doctiss. Dnum Ioh. Georg. OLBERS, tunc temporis scholae cathedralis Bremenis Subrectorem, Disputat, de immutabilitate Dei in excisendo, Bremae 1746.

(40) Ita sentiunt S. Venerab. Dnus Cancellarius a MOSHEIM in notis ad CUDWORTHUM pag. 783, Celeb. et S. R. Dnus FEUERLINUS I. c. pag. 23. 24., quibus accedit Dnus OLBERS I. c. pag. 38 et 39.



in modo loquendi ab aliis, aeternitatis fixæ defensoribus, discidunt, statim habeantur pro aduersariis.

§. 4.

Non omnibus vero, quod propter sequentia non sine ratione notamus, §. praecedente recensitis, circa aeternitatem Dei fixam, una eademque mens est. Dantur enim, qui ita loquuntur, vt, si ex sensu orationis de sensu autorum iudicandum sit, non alieni videantur a tali aeternitatis fixae conceptu, secundum quem *omnia, quaecunque aeternitas Dei, in universo suo ambitu s. interminabilitate sumta, inuoluit, simul existunt, i. e. inter se in unum coēunt.* Ut adeo, quicunque aeternitatem Dei fixam sibi concipere velit, imaginari sibi debeat contractionem quasi durationis infinitae in aliquod instans, momentum aut punctum, non secus (ut simili, quod *Petr. CHAUVINUS* (41. a) ad illustrationem huius sententiae non inconcinne in medium produxit, ut amur) ac si filum in longissimum extensem congregetur, ut simul capi queat. Hinc cum viderent, in duratione creaturarum existere praesens praeteritum et futurum Deum vero cōexistere creaturis, eumque omnia in duratione sua simul habere; exinde concludebant, omnes durationes creaturarum, omnesque temporum differentias simultaneæ Dei aeternitati assisteret, adeoque praeterita et futura physice et realiter aeternitati esse praesentia. Vix tot ἀσυάλα et ἀσυμφάνα ab hominibus, qui ferner philosophari sibi aliisque persuadere voluerunt, exspectabat Benevolus Lector: manifesta tamen eius rei adsunt testimonia, quae sine violentia non alium, quam qui a nobis productus est in medium, patiuntur sensum. Primo omnium loco, merito excitamus ipsum *BOETHIUM*, qui cum terminis: *tota simul et perfecta possessio, in definitione sua adhibitis, non alias coniungit conceptus, quam qui collectionem omnium eorum, quae duratio Dei inuoluit, in unum paucum sive momentum, nobis fitunt.* Audiamus quomodo ipse definitionem suam per collationem aeternitatis Dei et perpetuitatis, quam mundo tribuunt

Plato

(41. a) In *Lexico Philos. aet. aeternitas.*

Plato et Aristoteles, in sequentibus statim explicet. „Quid
 „quid vivit in tempore, scribit, id praesens a praeteritis in futu-
 „ra procedit, nihilque est in tempore constitutum, quod totum
 „suum vitae spatium pariter possit amplecti . . . Non enim totum si-
 „mul, infinitae licet vitae, spatium comprehendit et amplectitur, sed
 „futura nondum transacta iam non habet. Quod igitur intermi-
 „nabilis vitae plenitudinem totam pariter comprehendit ac possidet, cui
 „neque futuri quidquam absit, nec praeteriti fluxerit, id aeternum
 „esse iure prohibetur, idque necesse est, et sui compos praesens sibi sem-
 „per affistere, et infinitatem mobilis temporis habere praesentem . . .
 „Aliud est per interminabilem duci vitam, quod mundo tribuit.
 „Plato, aliud interminabilis vitæ toram pariter complexam esse pra-
 „sentiam, quod Diuinæ mentis proprium esse manifestum est. Haec
 „nus BOETHIUS. Nec PLOTINUM et PROCLUM, ex quibus,
 „etiam qua singula verba, definitionem suam hausisse supra dixi-
 „mus BOETHIUM, ab ista aeternitatis fixae notione alienos fuisse
 „apparet. PLOTINUS enim omnia aeternitatis in puncto esse,
 „PROCLUS aeternitatem simul et confertim totam (*αὐτὸς πάντες*)
 „et in eo, quod nunc est, confistere, non vero ceu tempus in-
 „finitum in quadam intervallo, quod nunquam definit, et sem-
 „per existit, expresse asserunt (41. b) Mens in primis BOETHII
 „una cum definitione eius, mox haud paucos, maxime inter
 „scholasticos, nacta est admiratores. Prodeat post BOETHIUM
 „primus, GREGORIUS cognomine MAGNUS, seculo post BOE-
 „THIUM proximo Pontifex Romanus, qui totam simul et per-
 „fectam vitae possessionem ita explicat, ut „secundum eam in Deo
 „nec praeterita nec futura repertiri queant (haec tenus bene) sed cur-
 „ta mutabilita immutabiliter durent, et quae in se ipsis simul existere
 „non

(41. b) vid. testimonia eorum Drum WINKLERUM in den
 apud HUETIUM num. 28. alle-
 gatum, et Dion. PETAVIUM
 num. 27. excitatum. Commen-
 damus hic Petr. GASSENDUM
 loco num. 16. cit. Celeb. Drum
 FEUERLINUM loco sapient alle-
 gato Cap 2. §. 6. pag. 25, et Celeb.



„non possunt, illi simul omnia aſſistant, nihilque in illo praetereat, quod transit: quia in aeternitate Dei, modo quodam incomprehensibili, cuncta volumina ſeculorum tranſcenzia manent, currentia ſtant.“ (42) Quis quaefo! mirabitur? ad eadem deliria poſtmodum delapsos eſſe complures alios, autoritate ſummi Pontificis fascinatos. Sic enim ANSELMUS CANTUARIENSIS apud Alexandr. ALESIUM (43) „quia ſine eſſentiā Dei, ſcribit, nihil eſt, neceſſe eſt, eam eſſe in omnibus temporibus, et quia ſimplē eſt, tota erit ubique, tota erit ſemper,“ et alio loco (44) ita pergit: „Aeternitas Dei tota Deo praefens eſt, cum illa (ſcilicet, quae in tempore infinito exiſtunt) nondum habent de ſua aeternitate, quod venturum eſt, ſicut iam non habent, quod praeteritum eſt, et ſic Deus eſt ultra perpetua, cum ipſis etiam ſit ſemper praefens, i. cum illud ſit ſemper ei praefens, ad quod illa nondum peruenierunt.“ Huic iungimus RICHARDUM (45), qui mentem ſuam hac de re ita exponit: „Sicut nihil eorum, quae nondum ſunt, eſt Deo futurum, ſic omnium eorum, quae iam non ſunt, nihil eſt ei praeteritum, vel omnium eorum, quae iam praefentialiter ſunt, nihil eſt ei transitorium.“ Addimus tandem BONAVENTURAM, Doctorem, hac in parte nil minus quam, ſeraphicum (46). Ventilat is quaefionem: Quaenam inter durationem increatam & aeternitatem et durationem creatam intercedat differentia. Aſſerit inter alia: hanc non eſſe permanentem, quod tamen de illa valeat. Permanentiam vero, quam aeternitati tribuit, ita explicat. „Repugnat, inquit, durationi creatae eſſe totam ſimul, quoniam alioqui ſimul in ea eſſet praefens, praeteritum et futurum, ſicut ſunt in aeternitate. Ut duratio permanens ſit, neceſſe eſt, ut ille tres differentiae, quae a nobis concipiuntur ut diſtinctoriae, et habentes inter ſe ordinem, in tali duratione ſimul et indiuiſibiliter ſint.“ Locum huncce manifestum putamus. Plura hic allegare testimonia non lubet. Adeat, qui desiderat, CAJETANUM, CARAMUELEM, ALOBKOWITZ, IGNATIUM DERKENNIS, BERNALDUM de

(42) Libr. 20. Moral. c. 23 apud Dion. PETAVIUM I. c. pag. 104.

(45) Aptud Alexandr. ALESI. U M I. c.

(43) in ſumma Theol. Part. I. quaef. 12. membr. 10.

(46) In Commentar. in libros ſen- tentiarum libr. II. diſtincl. 2. qua-

(44) I. c. membr. 5.

flio. 3.

de QUIROS, aliosque, quorum opinionum portenta recensuit
b. JAEGERUS (47). Eandem plane mentem fuisse aliis, etiam
post Scholasticorum tempora, certum est. Unicum produce-
mus saltem, Dion. scilicet PETAVIUM (48), qui definitionem
Boëthianam ita explicat: „Nostrorum non minor est copia, qui
„idem de aeternitate sentientes, definitionem illam appro-
„bant, quam ex Boëthio supra memoriaui, quaē aeternitatem suc-
„cessione omni vacuam, differentiaque temporis facit, ac nul-
„las in ea partes constituit, sed simul esse universam, et in punto
„ac momento confondere docet.“ Sic notionibus deceptricibus de-
lusi sunt, quotquot per imaginationem capere voluerunt, quae
tamen solus intellectus purus sibi vindicat. Latius in genesin ha-
rum inepiarum inquisuit Petr. POIRETUS. (49.)


§. 5.

Longe aliam e contra viam in explicanda aeternitate Dei fixa,
ingressi sunt et adhuc ingrediuntur, qui saniora deamant. Hi
quamvis, qua plurimam sui partem, definitionem Boëthianam
amplexi sunt et adhuc amplectentur, sensum tamen eius de-
seruerunt, accuratioresque hic sibi formarunt ideas. Audia-
mus, unum ex praecipuis, Thom. AQUINATEM, Doctorem Ange-
licum vulgo nuncupatum (50). Non aliud is ipse huic defi-
nitioni tribuit sensum, quam quod Deus omnes suas perfectiones,
quas vis eius infinita actuat, sine initio et fine, non actuali tantum,
sed etiam potentiali, sineque omni successione et vicissitudine aut mo-
mentis, sibi inuicem sub sequentibus, firmiter et quiete habeat. Inpri-
mis cum terminis a BOETHIO adhibitis, quod tota sit simul et
perfecta vitae possessio, sequentes connectit notiones, ut totum ei
sit, non quod habet partes, sed cui nihil deest, simul non omnia,
quaecunque ad ambitum durationis Diuinae pertinent, in vnum
idem-

(47) in *Theolog. natur. artic.* 4. §. 10. pag. 440. edit. Amstel.
punct. 3. pag. 79. seqq. anni 1685.

(48) l. c. §. 4. pag. 139.

(49) In *cogitation. ration. de Deo.* (50) In *summa Theol. Part. I.*
anima et malo libr. III. cap. 16. quæst. X.



idemque punctum contrahit, sed omnem successionem saltem remouet, ita tamen ut continuitas et existentiae permanentia sarta et recta ipsi vindicetur, *perfectum* ipsi dicitur, quod excludit nunc temporis, quod est imperfectum. Secuti sunt hanc THOMAE explicationem, quam Scripturae S. Ianaeque rationi congruere videbant, Theologi et Philosophi in primis in scholis Protestantium (51), in qua vterius excolenda, explicanda, comprobanda, defendenda, studium operamque haec tenus collocarunt. Vt horum vero sententia, quam et nostram facimus, recte capiatur, tenendum est :

Aeternitatem Dei quidem esse durationem Dei sine initio et fine, vt S. I. iam diximus, *durationem* autem continuationem, aut (si terminus continuationis quempiam offendit, vt successio exinde sequi credatur) permanentiam existentiae, et *hanc* enti cuidam competere, quatenus spectatur, nec vt oriens, nec vt interiens, (quae posterior definitio, quamvis ex terminis constet negari uis, admitti debet, cum positui deficiant): interim tamen duplicum Dei durationem probe distinguendam esse, quarum altera *absoluta*, altera *relativa* audit.

Illa nihil aliud est, quam ipsa existentia (52) Dei interminabilis sine respectu ad coexistentialia s. mundum. Talis Deo competit etiamsi nullus ponatur mundus, quod euidens est.

Hac

(51) Factum hinc est, ut, quem recensuimus, Th. AQUINATIS commentarius in BOETHII definitionem, in Compendiis nostris Metaphysicis tradatur, et ob usum in Theologia expectandum inculcetur. Vid. b. Iob. PAUL. HEBENSTREIT in Philos. prima pag. 742, et Celeb. Dnus REUSCHIVS in system. Metaphys. §. 886, pag. 619.

(52) Vtrum duratio entis absoluta eiusque existentia differant

realiter, disputatur, ut ex recentiorum scriptis notum est. Nos quamvis certum putemus, adefse inter utramque discrimen reale, si notiones vniuersales inter se comparentur; id tamen insimul credimus manifestum, omnem proorsus exprimare differentiam, si de duratione Dei eiusque existentia sermo instituatur. Existentia Dei enim est existentia perfectissima. Existentia vero, quae non perdurat s. continuatur

et

Haec vero est eiusdem coëxistentia (53) cum mundo s. a. etualis s. possibilis, et posito mundo s. actuali s. possibili ipsi de-
mum tribui potest. Vraque distincte consideranda, et quid ea-
rum cuilibet conueniat, indicandum est. Quantum igitur

I. Ad durationem Dei ab solutam attinet, merito notamus

a Omibus eam prorsus carere successionibus, et quidem
veris, i. e. talibus, quae rei ipsi insunt: quamvis ideales s. imaginariae
h. e. tales, quae nobis, qui vnum post alterum cogitamus, ine-
xiſtunt, admitti queant. Cum enim duratio Dei absolute sit ipsa
eius existentia (per defin.), haec autem ab essentia et perfectio-
nibus Diuinis non differant realiter (per princ. Theol. natur., in-
primis simplicitatem Dei), Deo non alius existendi modus tribui
potest, quam quidem is ipse habet modum essendi. Essentia
autem Diuina nullis plane mutationibus, hinc successionibus, ob-

C 2 noxia

et permanet, maxime imperfecta
est, cum sit existentia statim tran-
ſiens. Quapropter posita exis-
tentia Dei statim ponitur duratio,
eaque absolute, cum omnibus si-
us perfectionibus composibilibus.
Hinc pro se inuicem substitui de-
bent, nec duratio tanquam realiter
distinctum quid ab exis-
tentia Dei considerari, multo minus
diuersa praedicata nancisci po-
test.

(53) Deum coëxistere mundo
et creaturis s. vna cum iisdem
existere, quamvis nec tanquam
membrum serici, quæ mundum
constituit, nec eodem modo ac-
ratione, quis quoquo! negare po-
test, nisi interminabilitatem du-
rationis Diuinae insimul infici-
as ire velit? Negavit id tamen
Petr. POIRETUS loco n. 49, cit.
pag. 434, notatus idcirco a b.

Dn. SCHRÖERO in Diff. Vi-
tebergae 1701. habita, de aeter-
nitate num. 2 in fine, et a b. no-
stro Dno GRPIO in Theolog.
recens controversia Cap. I. quæst. 21.
pag. 87. Dubium hic formari
solet primo intuitu speciosum:
Si Deus coëxistit mundo, adeo-
que etiam v. gr. hodierno diei,
vel tota eius duratio coëxistit,
vel pars eius durationis falsoem.
Si prius, nihil eius amplius super-
est, quod crastino diei coëxistere
potest. Si posterius, duratio Dei
ex partibus componitur, adeoque
ex successionibus. Vrtrumque est
absurdum. E. Deus plane non
coëxistit mundo. Celeb. CAN-
ZIUS in Theol. natur. Sct. I. Cap.
V. pag. 118. hoc dubium solutu-
rus, negat, (quod in Viro perspicac-
issimo miramur,) recte afferi:
Deum coëxistere mundo, sed

aeter-

noxia esse potest. Obloquitur hic *infinitudo*, secundum quam Deus omnes perfectiones compoſſibiles habet ſimul & vnicō actu; ens autem ſucceſſionibus intrinſecis obnoxium, non habet omne id, quod habere potest ſimul: *immutabilitas*, secundum quam Deus omnes plane reſpuit modos; quidquid autem ſucceſſiones admittit, illud habet modos, quorum ſubinde alter incipit; deſinat alter, adeoque continuum modorum finem et initium: *ſimplicitas*, iuxta hanc enim in Deo nulla pro rorū datur compositio, quae in realiter diuersis, qualia ſunt prius et posterius locum habet. Imo ipſa obloquitur *interminabilitas* exiſtentiae ſ. duratio- nis Diuinae. Positis enim in Deo ſucceſſionibus, ponitur ſeries, hinc numerus mutationum, qui infinitus eſſe deberet. Numerus autem infinitus eſt prorsus imposſibilis (per princ. Ontolog.). Iſtorum ſubtilitatem, qui durationi Diuinae quidem ſucceſſio- nes, exiſtentiae tamen et perfectionibus ſummi Numinis nullos ad- ſcribunt, nosmet aſſequi haud fatemur. Quomodo enim in exi- ſtentia entis ſucceſſiones aſdele queant, ſine partibus tamen ſuc- cedentibus in ipſo ente, concipere non valamus, niſi tempus i-

ma-
eternum ens mundo p̄ræexistere non coexistere. Secatur ta-
men hac ratione nodus non ſol-
titur. Alium enim coexiſtentiae
conceptum affumit Vir Celeb.
Quamuis enim Deus mundo non
coexistat ita, prout entia mun-
dum conſtituentia ſibi inuicem
coexistunt, multo minus Deus
pro parte ſerieri, quæ mundum con-
ſtituit, haberi queat, quod Viro
Celeberr, qui uis facile concedet,
coexistit tamen, in quantum exi-
ſtentia etiam mundo in exiſten-
do pergit, ſ. cum mundo ſimul
eſt, adeoque unius exiſtentia ad
exiſtentiam alterius referri po-
test. Haec eſt mens omnium,
qui Dei coexiſtentiam cum
mundo propugnant. Alia igitur

via nobis ingredienda eſt. Noſtro
iudicio vitium latet in maiore,
ubi membra diſiunctiva non ſunt
plene enumerata, Deus enim
coexistit mundo nec ex toto, (ſi
totum idem eſt, ac id, in quo
omnia, quae durationem Dei
conſtituunt, coēunt in unum, ſic
enim termini: *tota duratio* ſu-
mendi ſunt, ſiquidem argumen-
tatio procedere debet,) nec ex
parte; ſed ut ens immutabile et
ſimplex, quod nec totum nec par-
tes in duratione ſua admittit. Si-
mile dubium meminimus contra
ortum compoſitorum ex ſimpli-
cibus formari. Vid. b. CORVI-
NUS Disput. de elementis corporum
§. 82. Schol. pag. 22.

maginariū mente nobis sistere, aut successiones nostris in representationibus obuias, adeoque imaginarias, ipsi durationi Diuinae inferre velimus. Qua ratione modus existendi et modus essendi variare queant, cuperemus distinctius explanari, cum contradictionem intuoluere videatur cum regula Ontologica, secundum quam existentia enti nil addit praeter actualitatem.

B. Non tamen omnia, quaecunque ambitu suo comprehen-
dit, eam simul habere et coire in vnum, s. vt terminis receptis v-
tamur: ipsi competere continuatatem. Duratio enim Dei inter-
minabilis esse debet, excludens omne initium et finem: hinc ita
explicanda erit, ne impossibilis et contradicitoria euadat, quod
tamen euitari nequit, si omnia simul ponantur, et in vnum con-
trahantur, quae durationem Dei constituant. Porro Deo coëxi-
stentia cum mundo tribuenda est, quae tamen locum haud inue-
nit, si durationi Diuinae nil nisi unicum instans s. punctum, in
quo omnia coëunt, tribuatur, ceu haec omnia §. 7. vberius com-
monstrabimus. Est haec veritas maximi in hac materia momen-
ti, ex qua plurimae difficultates solui debent. Agnouit id iam
iam b. noster Henr. MULLERVS (54), cuius verba non citra ra-
tionem hic allegamus: „Quia continua est, inquit, tota simul et
„perfecta aeternitas (i. e. sine successione, quemadmodum in
„antecedentibus semet explicauerat) ideo fieri non potest aliter,
„quin existentibus temporis partibus simul et existat aeternitas.
„Coëxistit autem temporis differentiis non simul suntis, sed singu-
„lis seorsim existentibus, v. gr. hodie aeternitas coëxistit hodierno
„dilei, cras coëxistet crastino. Qua distinctione coëxistentiae
„cum temporis partibus circa aeternitatem obseruata, facile in
„sumum abeunt ratiunculae, quas afferit VORSTIVS.“ Addere
possemus Celeb. Dnum WINCKLERVM (55), et quem is citat
Dnum Cancell. a MOSHEIM, quorum tamen meditationes B. L.
legendas committimus.

y. Nec contradictionem haec duo intuoluere iunctim sum-
ta: Durationem Dei absolutam nullas admittere successiones ve-

C 3

ras

(54) In Theol. Schol. cap. VI. (55) loc. num. 41. iam ci-
§. 55. pag. 49. rato.



ras (num. α), nec tamen omnia ad se pertinentia simul habere (num. β). Nulla hic adest contradic $\ddot{\text{t}}$ io, si duo ista spectentur in se. Ut alia enim taceamus, euidens id ex eo putamus, quod, cum contradic $\ddot{\text{t}}$ oria existere nequeant, nec talis duratio absoluta finita et terminata existere posset. Videmus autem creaturis eam competere, e. gr. gemmis, lapidibus, truncis, metallis etc. Haec omnia nullis successionibus et mutationibus internis subiectae sunt, secundum quas duratio earum absoluta in partes diuidi, et una pars a reliquis distingui potest; et tamen non omnia in duratione sua habent simul. Existiterunt enim per plura secula. Nulla hic porro adest contradic $\ddot{\text{t}}$ io cum perfectionibus Diuinis. Praecedentia potius evicerunt, plures perfectiones in Deo haud manere salvas, nisi hoc admittatur. Id forsitan vrgeri posset: Existentiarn s. durationem, quae non habet omnia simul, quae habere potest, non esse infinitam, qualis existentia tamen Diuina esse debeat. Hinc ex existentia infinita successionibus vacua, contractionem durationis in vnum aliquod punctum s. momentum necessario sequi. Sed responsio non est difficilis. Perpendamus enim quid sibi velit duratio infinita. Talis nimurum est, quae tot habet perfectiones compossibilis, quot duratio, quae est existentia, nec incipiens, nec transiens, sed permanens habere potest; et sic statim apparebit, durationem etiam fixam, quae omnia simul habet, quaecunque ad eius ambitum pertinent, non esse perfectissimam hinc infinitam, quia est statim transitoria, terminata, limitibus circumscripta.

II. De duratione Dei relativa vero animaduertendum est, quod successiones ipsi suo modo tribui possint. Deus coextit creaturis praeteritis, coexistit praesentibus, coexistet futuris. Quis haec negabit aut negare potest, nisi existentiam Dei transitoriam et pereuntrem statuere, adeoque in interminabilitatem iniurias esse velit? Eo ipso vero, quod duratio Diuina relativa coexistentia est cum pluribus successiuis, (per defn.) una eius relatio post alteram existit, prout in successiiorum serie vaum post alterum existit, hinc successio. Id tamen infirmul notandum venit, successionem omnem hic reperiundam non competere du-

rationi Diuinae intrinsece, sed solum esse in creaturis, quibus aeternitas coexistit, et successiuitatis denominationem, quae inde in aeternitatem resultat, extrinsecam duntaxat esse (56). Commodo haec omnia similibus arboris in alveo, centri in circulo, axis in sphæra, gnomonis in sciaterico illustrari possunt, quorum singula immota manent, dum aliœus praeterlabitur, et circulus, sphæra et umbra circumducitur.

Haec est sententia, quam, ut scripturam S. taceamus, sanior docet Philosophia, inter Theologos pariter ac Philosophos recepta. Qui contrarium evincere, et inveteratum Boëthianismi errorem (ut aeternitas fixa ab adversariis vocari solet) hominum animis evellere voluerit, is contradictionem vel in se, vel cum perfectionibus Diuinis, aliisque veritatibus demonstratis, hic adesse monstruet, cuius tamen neutrum a contradicentibus hacenus fuit praestitum. Quicunque enim Dei aeternitatem fixam aggressi sunt, quid aliud egerunt? nisi, ut vel ex istiusmodi notione aeternitatis fixae disputatione, quam nemo admittit saniora edoctus, adeoque argumentis pugnarint, quae sanam doctrinam plane non tangunt, ceu §. 9. 10. uberioris declarabimus, vel durationem Dei relativam cum absoluta confuderint, vel ad summum evicerint, nos aeternitatem Dei nobis sine successione repraesentare haud posse, seu quod idem est: successionem ipsi idealem et imaginariam, non vero realem inesse (57. a), adeoque suo exemplo confirmarint, quod scribit Dnus Cancellarius a MOSHEIM (57. b) „Idem nobis evenire solet, quod illis qui navigant. His terra recedere, fugere et abire videtur, nave fugiente et per fluctus properante, quum tamen quiescat illa, nec moveatur. Nec vel ingeniosissimus, tametsi rem aliter se habere sciat, oculis suis et animo ira potest imperare, ut hoc sepe errore liberet. Nobis, qui volamus ipsi-

(56) Vid. b. Job. Paul. HEBENSTREIT I. c. pag. 145.

(57. a) Latent hic responsiones ad dubia, quae recentius contra aeternitatem Dei fixam mo-

ta sunt, omnia. Qui plura desiderat, Philosophos consulat nota 39 allegatos.

(57. b) in notis ad CUDWORTHUM pag. 783.



„ipsimet et concitato cursu ad calcem vitae festinamus, aeternitas ipsa, qua nihil tamen est stabilius, imo ipse Deus labi nobis et festinare videtur.“ Acute haec et ingeniose a Viro incomparabili dicuntur. Id tamen iure ab omnibus, aeternitatem Dei consideraturis, quod a nautantibus, postulamus. His enim quemadmodum magna cautione opus est, ne Optica cum Physicis confundant; sic non minor ab illis cura et cautio requiritur, ne successiones imaginarias cum realibus miscent.

§. 6.

Haec de aeternitate sufficiat tractatio. Vidimus ipsos aeternitatis fixae defensores lauid leviter inter se dissentire, imo in contradictoriis versari. Quae si notassent, quotquot pro aeternitate fluxa militant, multis sane argumentis supersedere potuissent. Nobis interim haec omnia haec tenus non sine ratione recensita, eam praestabunt utilitatem, ut fontes aperiantur, ex quibus partim responsio ad palmariam, quae contra aeternitatem Dei fixam urgetur, obiectionem: *eam momentum punctum que esse*, quo tamen nihil absurdius cogitari queat, derivari; partim senior sensus propositionis: aeternitatem Dei fixam momentum esse, demonstrari et explicari debet. Quod utrumque praestabimus statim, simul ac, quam variis significatibus subiectus sit momenti terminus, adhuc indicauerimus.

Non heri aut nudius tertius demum iste terminus, cum aliis sibi aequipollentibus, τ& nunc, puncti etc. in materia de aeternitate Dei receptus, sed a primis statim temporibus adhibitus fuit. Rarius quidem id factum reperimus ab antiquioribus Philosophis, Patribus et Scholasticis (58). Frequentior autem exaudiri coepus est, ex eo, quo publicae cum Socinianis et Arminianis invaluerunt decertationes, tempore. Hi enim aeternitatem Dei fixam momentum, non sine insigni absurditate, dici debere, primi propugnari nt, quod ab adverba parte eo, qui Socinianis Arminianisque venit sensu, negatum, alio tamen affirmata.

(58) Loca huc pertinentia legi possunt apud *Dionys. PETAVIUM* loco saepius allegato.

firmatum est. Duplex hinc in scriptis, hac in controversia ex utraque parte emissis, potissimum obviat termini *momenti*, *puncti*, *nunc*, etc. significatus, alter *absolutus* item *proprius*, alter *comparativus* et *improprius*. Significatu *absoluto momentum* est id, quod in duratione s. *absoluta* s. *relativa* s. *actualis* possibili est minimum (59). Rei igitur cui momentum significatu proprio assignatur, eo ipso existentia aut coexistentialia minima tribuenda est. Tale momentum vocatur etiam *fluens*, quia in duratione, quae ex momentis propriis talibus componitur, unum non interrupia serie sequitur alterum, vnumque post alterum praeterlabitur. Hunc significatum termino *momenti*, *puncti*, *nunc* etc. tribuit usus loquendi vulgaris, a quo non abesse videtur *PROCLUS*, et quem suum faciunt cum Socinianis et Arminianis omnes, qui contra aeternitatem fidicam pugnant. Significatu *comparativo* vero momentum est duratio, quae caret omni successione et vicissitudine, adeoque in partes reales diuidi nescit, quemadmodum minimam temporis pars, eo ipso quod minima est, ulterius diuidi nequit, adeoque successionibus vacat. Sic igitur duratio carens successionibus et momentum comparantur saltem inter se inicem, adeoque comparationis tertium deseri haud debet. Ad indicandam differentiam a momento proprio s. fluente etiam variari solet momentum, punctum, nunc etc. *stans* s. *fixum*. Hic significatus, quem usus loquendi technicus cum istis coniungit terminis, illis familiaris est, qui Socinianis et Arminianis etc. semet opposuerunt. Producemus recepti huius, in hac materia, usus loquendi vnum alterumue testimonium. B. noster *Heim.*

(59) Alii momentum definit per durationem minimam
Vid. Compendia Ontologica.
Minus tamen recte. Duratio enim minima potius est series momentorum, et tria ad minimum inuoluit. Primum, quo res existere incipit, secundum, quo in existendo pergit, et tertium, quo definit. Illustr. DAR-

JESIVS in *Elem. Metaphys.* Tom. I.
hujusque Philos. primae Sect. I. cap.
IV. §. 81. pag. 75: Existentia A
scribit, est vel continuata, vel non.
Si prius vocatur duratio, et si poste
rius A illud εν τῷ νῦν s. ad mo
mentum existere dicitur. Quid
quid igitur ad momentum solum
modo existit, id non durat &c.

MULLERVS (60) „scita est, inquit, distinctio *ts vvv*, qua „aliud est *nunc flans*, aliud *nunc fluens*. Aeternitas Dei est vnum „*nunc flans*. Nunc est; quia indiuisibilis est et tota simul. *Stans* „dicitur, quia durat omnibus temporum differentiis exclusis.“
 b. SCHERZERV (61) „Sempiterna duratio non potest quidem „tota eodem momento fluente, potest tamen eodem momento stante „consistere.“ b. QVENSTAEDIVS (62) aeternitatem ex mente Scholasticorum, qui sanctiora sequuntur, ita describit: „Scholasti- „ci aeternitatem dicunt, quod sit duratio interminabilis, indiuisi- „bilis et independens. Interminabilem vocant, quia excludit ter- „minum ab ante et post, i. e. principio et fine caret; indiuisi- „bilis, quia non est successiva, sed tota simul, h. e. quia non ha- „bet in se interruptionem et successionem, nihil praeteritum, „nihil futurum, sed perpetuum *vuu*, idque fixum non fluxum.“
 Et mox alio loco: Aeternitas consistit in *eternitate* s. interminabilitate et *eternitate* s. continuitate, quae est fixum et stabile *vuu*. b. HEBENSTREIT (63) aeternitatem vocat vnicum *nunc indiuisi- bilis*, quod nunquam est praeteritum aut futurum. Ex recentissi- mis nostris tandem subiungo Celeb. Dnum D. BAVMGAR- TEN (64), qui contra Dnos Autores der allgemeinen Weltgeschichte disputans, ita se explicat: „Wenn die Ewigkeit Gottes ein Au- „genblick oder ein Punct genannt wird: so geschiehet solches Gleich- „nisseweise, muß also auch nicht über die Vergleichungsstücke gedeutet „werden, die bei diesen von der Ewigkeit Gottes gebrauchten Ausdrü- „cken bloß in der Ausschließung aller außer einander befindlichen und „auf einander folgenden Dinge, oder Untheilbarkeit bestehet.“ Inua- luit idem loquendi modus apud Calvinianos. HOORNBECKIUS (65) contradicturnus CRELLO ita pronuntiat: „Non proprio mo- „mentum in Deo ponimus - - - non in Dei aeternitate, vel ve- „rum punctum aut momentum, vel totum, vel maius aut minus, „neque indiuisibile hic dicitur, nisi negative.“ MARESIVS (66)

(60) in *Theol. Scholast.* cap. VI,
§l. 55. pag. 47.

(61) in *Colleg. Anti-Socin. Di-*
spur. V. pag. 49.

(62) in *System. Theolog.* pag. 287.

(63) in *Phil. prima* pag. 145.

(64) in *notis*, quae der alge-

„Non
meinen Weltgeschichte Tom. I. adie-
ctae sunt nota 12. pag. 115.

(65) in *Socinismo confutato Tom.*
I. libr. 2. cap. 1. Sect. 3. pag. 297.

(66) in *hydra Socin. expugnata*
Tom. I. pag. 186.

„Non sane, inquit, potest tota consistere (aeternitas Dei) eodem
 „momento fluente, quale est vinculum partium temporis nostri, sed
 „potest eodem momento stante, quale est aeternitas. Aliud momen-
 „tum est aeternitatis, quod stat, et sonat perfectissimam et indiuisi-
 „bilem durationem, quae Dei est; aliud momentum temporis,
 „quo res aliqua exstisset et perisse dicitur.„ Pluribus superse-
 „dere possumus, cum ex allatis sufficienter iudicari queat.

§. 7.

Quod si nunc haec tenus dicta, ad eam, quam excutiendam
 nobis summus, questionem applicentur, dicendum est: Aeter-
 nitatem Dei, qualē §. 4. ex mente BOETHII nonnullorumque
 Scholasticorum produximus, et secundum quam fixum illud,
 quod in aeternitate locum inuenire debet, in contraktione omnī-
 um eorum, quae durationem Dei conficiunt, in unum ponitur,
 quaeve adeo hoc sensu tota simul concipiatur, momentum esse debe-
 re et quidem eo, quem vsus loquendi vulgaris huic termino
 tribuit, significatu, quod ex ipsis statim terminis liquet. Et
 enim si omnia, quae duratio Dei ambitu suo continet, coēunt in
 unum, hoc ipso omnium minima, quae vaquam concipi potest,
 existentia et coexistētia exsurgit, quemadmodum posita unitate
 ponitur minimus numerus. Talis autem existentia punctum s.
 momentum ex usu loquendi vulgari dici solet vid. §. 6. Quae
 tamen assertio haud unam contradictionem manifeste inuoluit.

I. Erit enim aeternitas Dei hac ratione simul duratio et non-
 duratio: Duratio, quia omnis aeternitas talis est vid. §. 1; non-
 duratio, quia non est existentia permanens, sed omnium mini-
 ma (per anteriora).

II. Erit aeternitas Dei duratio interminabilis et actu terminata
 simul: Interminabilis, quia est aeternitas, haec autem ex mente
 omnium, qui illam admittunt, talis est vid. §. 1; non-interminabi-
 lis, sed actu terminata, quia est existentia minima.

III. Porro: Si omnia in aeternitate Dei in unum coēunt, o-
 mnia etiam opera Divina in unum idemque momentum incident,
 adeoque Deus omnia, quae facit, simul facere dicendus est. De-
 struit e. gr. mundum cum ipsum creat etc. quo singi nihil absurdius potest.

D 2

IV.



IV. Si omnia in aeternitate Dei coëunt in vnum , minima-
que adeo existentia hoc ipso admittenda est , qua quaeſo ! ratio-
ne existentia Dei praefantior esse potest existentia creaturarum ,
quae minima non est , sed continuatur ? Si praefantior non est ,
quomodo esse potest omnium praefantissima et perfectissima ?

V. Si omnia in aeternitate Dei etc. quomodo Deus coëxi-
stere potest creaturis ? Quod si enim omnia , quaecunque ad du-
rationem Dei pertinent , coëxisterunt v. gr. hesterno diei , vel eius
particulae , quomodo hodierno et subsecuturis coëxistere potest ?
nisi forsitan maiora absurdā quis admittere , aeternitatique Diui-
nae , vel

a cum nouis temporum particulis nouum semper initium
et finem adscribere , adeoque ipsam Dei naturam euertere , eam-
que singulis temporum particulis interire et denuo oriri absurde
fatis afflere , aut

b omnes creaturas simul exsistere , adeoque has omnes sibi
inuicem coëxistere statuere velit . Quaecunque enim vni tertio
coëxistunt , ea etiam sibi inuicem coëxistere dicenda sunt . Ada-
mus igitur Noacho , hic Abrahamo , Abraham Mofi , et sic por-
ro coëxisterunt . Quis nugas haec omnia et deliramenta esse
non vider ?

VI. Quomodo citra manifestam tandem contradictionem
praeterita et futura physice et realiter possunt esse praesentia ?

Haec omnia , quemadmodum ceu contradictionia et *atrusata*
ab omnibus iure meritoqve habentur , qui saniora deamant : ita
ad oculum commonstant , quam inepte omnes , quos §. 4. exci-
tauimus , et qui cum iis conspirant , in ardua hacce materia phi-
losophati sint , et quam laudanda veniat eorum opera , qui , ne
Atheis aliisque hostibus veritatis suppeditetur occasio illudendi
doctrinae sanctissimae et omnium ponderosissimae de Deo , in id
omnes intenderunt neruos , vt ab istiusmodi nugis et ineptiis re-
purgetur Philosophia , stabiliaturque sanior de aeternitate Dei do-
ctrina . Id tamen insimul probe considerandum venit , fuisse il-
lam de aeternitate Dei sententiam , quae collectionem omnium
eorum , quibus duratio Dei constituitur , in vnum statuit , pau-
cissi-

cissimis saltem receptam, plurimaeque philosophantium parti
nunquam approbatam, ceu deductio nostra historica palam fecit.
Hinc magna cautione opus est omnibus, qui doctrinam de ae-
ternitate Dei successionibus vacua s. fixa, illo, vt faciunt, argu-
mento impugnare volunt: sequi ex ea grandia illa, quae in in-
epita Scholasticorum sententia deprehendimus, vt quibus iure
haec omnia obiici queant, probe dispiciant. Iniquum enim fo-
ret, intiris obrudere, quod minus statuunt, adeoque argumen-
tis pugnare, quae eorum sententiam haud feriunt. Cum distin-
ctione potius loquendum est, nec vno eodemque omnes, qui
aeternitatem Dei fixam defendunt, ordinē sunt habendi.

§. 8.

Quantum vero ad aeternitatem Dei, ea quam §. 5. indica-
uimus ratione explicatam, attinet, minus recte eam momentum
s. punctum ex significatu vulgari dici posse, facile euinci potest.
Fons enim omnium absurditatum, quas ex Boëthii et quorundam
Scholasticorum assertis in §. praeced. eliciimus: scilicet omnia
in duratione Dei cōire in vnum, simpliciter hic deseritur et ob-
struitur, omnia potius ita explicitur, ne notionibus durationis
et interminabilitatis praejudicetur, aeternitati Diuinae e contra
continuitas coexistente cum omnibus temporum differen-
tiis non actualibus solum sed etiam possibilibus vindicatur, ceu ex
inspectione §. 5. innoteſcer. Et quamvis negandum non sit, plu-
rimos seniora ceteroquin admittentes, inprimis qui Socinianis
et Arminianis semper opposuerunt, asserere: aeternitatem Dei es-
se momentum s. punctum etc. longe tamen alio significatu ipsum
terminum adhibuerunt. Nihil aliud enim eo ipso exprimere
voluerunt, quam quemadmodum momentum indivisiibile est,
nec ex partibus fluentibus componitur: sic aeternitatem Dei o-
mnium successionum expertem esse, nec componi ex pluribus du-
rationibus partialibus quae infinites multiplicatae tempus aliquod
infinitum constituere singantur, sed ipsam Dei durationem perstare
fixam et stabilem, nec per momenta positiva decurrere. Mo-
menti igitur terminum sumunt in significatu technico s. compa-
rativo. Testimonia superius §. 6. allegata, multisque aliis, si
opus foret, augenda, luculenter id comprobant. Propositiones
ig-

D 3



igitur: Aeternitas Dei momentum est comparatiuum,
et: aeternitas Dei non constat ex momentorum fluxu,
sed est fixa sine successione permanens existentia, plane sunt
aequipollentes. Quicunque ergo idem, quod ex Scholasticorum nonnullorum nugis, exinde deriuare absurdum vel-
let, is ab insigni in argumentando vitio immunis pronuntiari
haud posset. Enimvero aequa minus congrue ratiocinaretur,
ac si quis exinde, qvod corpus humanum ex gemmis haud sit
compositum, gemmam illud, aut angelum machinam esse maxi-
me compositam, quoniam non constitutatur per quamplurimas
simpliciores machinas, colligeret (67). Id vnicce interim male
habet nonnullos, qui commodum quidem sensum huius propo-
sitionis: Aeternitas Dei fixa est momentum s. punctum, quidem
agnoscentes, accurationem tamen insimul in terminis modoque

lo-

(67) Merentur Celeb. Dni.
WINKLERI meditationes in
Progr. num. 39. allegato hic produ-
ci, idque eo magis, quo rarius
altiusmodi chartae volantes ad
plurium manus soleant perue-
nire. Ita vero pag. 6. scribit:
„Inde, quod existentiae Diuinae
„plura momenta esse nequeant,
„nequaquam efficitur, ut unum
„sit momentum Diuinæ aeterni-
„tas. Qui hoc sequi contendunt,
„persuasum habeant necesse est:
„id, quod pluribus eiusdem ge-
„neris rebus caret, vnam ex iis
„complecti. Haec autem enum-
„eratio si vera esse debeat, neces-
„se est, ut illud, de quo id praed-
„dicatur, subdit eidem generi, quo
„plura ista, quibus caret, compre-
„henduntur. Ita Plato, quia non
„constat pluribus hominibus, unus
„est homo ideo, quod sub genere
„hominum continetur. Si quis
„verò Platonem, propterea, quod

„non constat pluribus piscibus,
„pro uno pisce habere vellet, is
„profecto ridicule admodum ar-
„gumentaretur. Quae igitur exi-
„stentia hac de causa, quod plu-
„ribus momentis vacat, unum es-
„se debet momentum, isthaec ejus-
„dem debet esse generis, cui mo-
„menta subsunt, quae temporis
„sunt partes adeo parvae, ut mino-
„res esse nequeant. Huic vero
„generi aeternitas, quae existentia
„est sine initio et fine quomodo
„subjici queat, nulla ratione per-
„cipio. Quid igitur est, quod
„timeamus, ne, si aeternitati di-
„uinæ momenta negemus, in sen-
„tentia nostra hoc sit vitii, vt il-
„lam ipsam instar vnius momenti
„spectare cogamur. Certe qui
„ita putant, hi etiam, si in Deo
„oculos esse inficiamur, nos opini-
„onis insimulabunt, quasi Deo
„vnum oculum tribuamus.”

loquendi deamant, quod voces momenti, puncti etc. in hanc materiam fuerint introducti, habere eos offensionis multum, falsisque ideis facile occasionem suppeditare posse, irretire se omnes, qui istiusmodi terminologia utuntur, laqueis quam plurimis, ex quibus vix ac ne vix quidem solum expedire, et ad argumenta Socinianorum aliorumque, in primis recentiorum, respondere queant, quapropter ab iis abstinenter esse monent. Non sine ratione haec omnia urgeri lubentes largimur, nec temere imitandum esse istum loquendi modum inficias ire volimus, suum cuius in terminis modoque proponendi libertatem relinquentes, quamvis equidem haud perspiciamus, quid periculi aut incommodi contra Socinianos aliosque exinde pertinendum sit, qui longe alias cum singulis istis terminis combinant notiones. Nec negamus offensionem esse facilem, si fine debita explicatione sollicitaque significatus evolutione, voces puncti, momenti etc. adhibeantur, aut compendiis inserantur, erduaque de aeternitate Dei materia tironibus minusque exercitatis ingenii sub isto terminorum inuolucro proponatur. Verum cum omnis ambiguitas per definitionem facile tolli possit, hinc offensionis periculum cessa, adversariisque praedulantur latebrae, cum praeterea termini isti hac in materia a plurimis sint recepti, hinc usui loquendi conformiter intelligendi, cum denique quantum nobis haec tenus perspicere licuit, in compendis nostris desiderentur, et polemicae tractationi cum prius reserventur, non videmus, ut alias nunc taceamus rationes, cur iste loquendi modus ad minimum excusari et tolerari nequeat. Haec omnia tamen pace tantorum Virorum, quos alter sentire videmus, et quorum merita colimus, monere voluimus.

§. 9.

Nunc tandem, discussa haec tenus quaestione; quo sensu aeternitas Dei fixa momentum sit, quo minus? feliciori successu in resoluendis eorum versabimur argumentis, qui pro aeternitate fluxa militant: *quod aeternitas Dei ab omnibus, qui fixam eam faciunt, absurde satis haberi debeat pro momento et punto, prout omnes, quorundam §. 2. allegati sunt, hanc ingeminarunt cantile-*

nam.

nam. Nos data opera in singulorum argumenta inquitemus, et quidem hoc modo. Ante omnia probe dispicendum putamus, ex quanam praecise aeternitatis fixae notione disputetur. Hanc enim non vna eademque ab omnibus ratione formari certum est, vid. §. 4. et 5. Colligi id vero facile poterit vel ex expressis secus hic sententium verbis, vel ex ipsarum cogitationum nexus argumentorumque indole. Hoc paeſtructo longiori responsione haud erit opus. Aut enim ex ea aeternitatis fixae notione disputatur, quam §. 4. attulimus, aut ex ea, quam §. 5. recenset. Si prius, nemo certe, qui rectiora edoctus est, hac in parte adversabitur, ta enim momentum eam s. punctum non sine absurditate esse, evidenter satis §. 7. euicimus. Si posterius, ab insigni in argumentando vitio liberari nequeunt, qui ita rationes subducunt, ceu §. 8. luculenter monstrant.

Ad SOCINIANOS in primis quod attinet, audiamus Ioh. CRELLOM (68), qui communem, cui nomen dederat, sectae causam omni opera egit, et pro praecipuo aeternitatis fixae adversario inter Socinianos haberi solet. Is hac de re ita pronuntiat. „Non potest nobis probari eorum subtilitas, qui aeternitatem Dei omnia, quae unquam extiterint, temporum spatia complecentem, in unius puncti s. momenti angustias cogant. Utuntur illi, qui aeternitatem Dei sine successione propugnant, Boethii „potissimum definitione, qui aeternitatem ait esse: interminabilis „vitae totam simul et perfectam possessionem. Ideo autem to „ram eius vitae possessionem simul dicunt, ut intelligatur, aeternitatem non in infinito quodam seculorum tractu consistere, „ita ut alia eius pars praecedat, succedat alia; sed universam uno „eodemque momento existere. Si potest tota aeternitas in uno mo „mento tota consistere, ponatur Deus momento extitisse et pe „riisse - - Sempiterna duratio quomodo tota eodem momen „to consistere potest? Eademne vita et momentanea esse potest et „aeterna? Aeternitas Dei complectitur omnia quae unquam fu „erunt

(68) Libr. de Deo eiusque at tributis cap. I XVIII. Insertus est is Bibliothecae fratrum Polonorum f. Socinianorum Tom. IV. ubi loca hic

allegata pag. 43 et 44. legi pos sunt. nec non MARESII hydrae Socinismi expugnatae Tom. I. Vid. in primis p. 183. -- 186. 187. 188.

„erunt aut futura sunt tempora: quomodo ergo indivisibilis est?
 „quomodo in punctum momentum collecta? quis quæsio! dixerit,
 „punctum aliquod, aut id, quod puncti instar sit, amplecti to-
 „tum hunc mundum? Praeterea si aeternitas Dei quovis mo-
 „mento tota existit, quidquid existit aeternum erit. Quid-
 „quid enim cum tota aeternitate una existit, id aeternum esse
 „necessæ est. At ista sententia posita, etiam ea, quae momen-
 „to existunt, vna existunt cum tota aeternitate. Quin etiam ip-
 „sa temporum intervalla et res omnes, licet longissimis spatiis a
 „se invicem disiunctæ, hac ratione simul exiterunt ac existent, et
 „initium mundi v. gr. cum eius sine connectetur. - - - Omnia
 „in illo aeternitatis Diuinae, ut ita dicam, momento inter se coèunt:
 „non aliud hac, aliud illa aeternitatis parte existit aut existet.
 „Quæ vero eodem momento existunt, certe simul existent. Quod
 „cum tota aeternitate vna existit, id aeternum est; at quidquid
 „vel momento existit in mundo, existit cum tota aeternitate. Er-
 „go. - - - Cum omnia in aeternitate Dei fiant, omnia eodem
 „momento fient: et quidquid Deus semel fecit aut facturus est,
 „aeternum fecit facturusque est. Condidit semel mundum hunc
 „et ex nihilo produxit, eundem ergo adhuc condit, et existen-
 „tem licet ex nihilo producit, quin etiam tum cum construit,
 „destruet, et quia destructurus est aliquando mundum, destruxit
 „jam tum, cum condidit. - - - Idem de ceteris actionibus Dei
 „omnibus intelligendum est. Omnes, licet inter se pugnantes,
 „iungendæ erunt, traditio Christi in mortem cum eius resuscita-
 „tione, assumptio eius in coelum cum eius e coelo missione: ira-
 „scetur nobis Deus cum maxime propitius est; et propitius
 „erit cum vel maxime irascitur. Quac tanta est rerum insocia-
 „bilium consociatio? Adeo operose CRELLIUS omnia con-
 gerit, ut absurditatis arguat aeternitatem Dei fixam, eo quod
 pro momento haberi debeat. Paucis e contra opus erit, ut
 euincamus, CRELLIUM longiori suorum argumentorum serie ni-
 hil plane lucrari. Omnia enim eius asserta manifeste indicant
 supponi hic falsam Scholasticorum ideam. Talem enim sibi fin-
 git aeternitatem fixam, quae vniuersa uno eodemque momen-
 to

E

Anno 1594 Nro 11 vell amissum hadit mi (ed)



to existit, in qua omnia inter se coëunt et colliguntur in unum punctum, ceu expressâ CRELLII verba indicant, cum quibus comparentur quae §. 4 a nobis ex Scholasticis recensita fuerunt. **CRELLIO** igitur omnia concedere possumus, quaecunque exinde deducit, nec cum aliis ad figuratum genus dicendi, quo aeternitatis fixae defensores utantur, (quod a tractatione dogmatum abesse debet) configimus¹, aut de iniuria sententiae orthodoxae illatae conquerimur, aut tandem aduersarium calumniari citra rationem et fundamentum pronuntiamus. Extitisse enim tales, qui revera ita senserint, quorumue opinionem hic recte exponat **CRELLIUS**, diffiteri nemo potest vid. §. 4. Id tamen sciat aduersarius, se triumphum ante victoram canere, si de omni aeternitate Dei fixa, etiam ea, quae continua est, haec valere temere sibi persuadere velit. Haec **CRELLIO** et Socinianis, qua hoc argumentum, prorsus sufficere credimus. De *Conr. VORSTIO*, cui haec arma debet **CRELLIUS**, non opus erit ut speciatim agamus.

Pergimus ad **ARMINIANOS**. Producemus vnicum, qui nobis ad manus est, et cum quo reliqui, qua caput rei, conueniunt, **LIMBORCHIUM** putamus (69). Is difficultates, quas secum conexas habet aeternitas Dei fixa representaturus, ita philosophatur: „si aeternitatem Dei sine momentis cogitamus, iam hoc „momento Deo omnia erunt praesentia, tam quae fuere, quam „quae nondum sunt, idque in infinitum usque. Quod sane comprehendendi nequit. Et si forsitan dixeris: eam esse aeternitatis „rationem, quod illa omnibus temporum differentiis tota simul „coëxistat, respondeo: quis id capere potest, durationem fine et „principio carentem totam coëxistere minimo temporis spatio? „Sic vita nostra ad aeternitatem collata non esset instar breuissimi „temporis; sed contra aeternitas collata ad vitam nostram: quia „unumquodque vitae nostraræ momentum toti aeternitati coëxisteret; atque ita aeternitas multis vicibus in vitae nostraræ durata compreenderetur. Sequeretur porro: res praeteri-

, ras

(69) in *Theol. Christiana libr. II. cap. V. §. 7. pag. 58.*

„tas esse simul et praesentes, praeteritas quoniam iam factae, praesentes, quoniam aeternitati, quae vnicum praesens est, coexistentes. Quod similiter de futuris dici potest.“ Facile quemlibet perspicere credimus, omnia quae hic in medium proferuntur, ad significatum redire, quem verbis: *aeternitas Dei sine momentis*, et *aeternitas Dei tota simul* tribuit **LIMBORCHIUS**. Quae si ita intelligit, quemadmodum ea intelligere debet, siquidem argumentationi suae speciem sequelae conciliare velit, ut contractionem omnium eorum, quae durationem Dei constituant, praesentiamque realem et physicam tam praeteritorum quam futurorum in aeternitate Dei designant, s. quod idem est aeternitatem fixam non continuam, neminem sibi habebit contradicenter, qui sobrie hac in materia philosophatur. Quilibet e contra fatetur: haec omnia non solum comprehendit et capi haud posse, sed pro contradictoriis haberi ideoque negari debere, absurdaque ex nugis Scholasticorum oriunda non male his omnibus repraesentari. In eo tamen una cum **CRELLIO** et **VÖRSTIO** peccat **LIMBORCHIUS**, quod opinionem a paucissimis adoptatam, impuret omnibus, nec cum distinctione loquatur.

§. 10.

Petr. GASSENDUS (70). Vir magni alias *ingenii* et *acuminis*, aeternitatisque successuiae s. fluxae defensor haud inferioris subsellii, non aliam sibi aeternitatis, quae successuiae opponitur, format ideam, quam quae omnia ad eius ambitum pertinentia in vnius puncti s. momenti absolute talis angustias cogit. Hinc difficultates et absurditates ex parte deducit, quas in aeternitate fixa cum aliis deprehendisse etiam sibi visus est. „Dicunt, ita scribit, aeternitatis fixae Patroni, Deus olim condidit mundum, et olim reparabit mundum, quia aeternitas coexistit nostro tempore. Verum quomodo explicabunt modum huius coexistentiae? Tam enim fieri non potest, ut *instans* s. *quod caret*

E 2

succes

(70) Loco superius num. 16. citato pag. 227.

.g. in p. n. or. min. l. d. t. is. innum. l. d. t. n. (1)



, successione coëxistat rei successiuae; quam impossibile est punctum s. quod longitudine carer coëxistere lineae. „ Respondemus breuiter quidem, sufficienter tamen. Fieri non potest, ut instans s. punctum coëxistat rei successiuae, si instans s. punctum ex vsu loquendi vulgari assumatur, et aeternitas singatur, tanquam existentia minima, haec enim durationem plurium seculorum exaque non potest. Fieri autem utique potest, si punctum s. momentum comparatiuum et ex vsu loquendi technico adsumatur, aeternitasque Dei ita explicetur, ne cum duratione et interminabilitate oriatur contradic̄tio, ipsique vindicetur continuitas vid. §. 4. et 5. Seu quod idem est: concedimus haec omnia GASSENDO, si notio Scholasticorum quorundam assumatur, ex qua ipse disputat, aeternitatem puncto aequiparans, quod lineae coëxistere nequit; negamus autem si notio aeternitatis Dei fixae legitime formata supponatur.

Idem plane iudicium ferendum est de omnibus, qui recentissimis nostris temporibus controversiam hancce de aeternitate Dei, quae sopia videbatur, resuscitarunt, vestigiis GASSENDI insistentes. Vrgent hi etiam, aeternitatem fixam a contradictione liberari haud posse, eo quod durationem Dei tanquam momentum repraesentet. Audiamus Celeberr. Dnum HOLLMANVM, qui mentem suam in summam contractam ita exponit (71) „Tota et simultanea vitae possessio, vt BOETHIVS aeternitatem vocat, cum continuatione vitae et existentiae manifeste pugnat. „Quidquid enim omnia durationis suae momenta, quae habere potest, simul habet (non meminimus, vel BOETHIVM, vel qui eius definitionem suam fecerunt, ita loqui, aut aeternitati momenta assignare, quamvis sint, qui aeternitatem Dei momentum vocent in singulari vid. §. 6 et 8. Substituamus hic igitur terminos commodiores: duratio, quae omnia simul habet, quaecunque ambitu suo continet, duratio, in qua omnia in ynum coëunt s. contrahuntur etc. et sic facile apparebit, de quanam aeternitate Vir Celeb. loquatur, quidue proinde responderi possit ac debeat) „illud continuare existentiam s. durationem suam amplius nequit. Con-

(71) in Institut, Pneumat, et Theol. natu, loco n. 17 al leg.

* * *

continuare enim existentiam sine aliquo punctorum et momento,
 rum indivisibilium fluxu et successione nihil potest. Qui con-
 tinuare aliquid existentiam suam, sine eiusmodi momentorum
 fluxu et successione, posse contendunt; illos continuationis no-
 men, ut vacuum sine sensu et notione omni sonum cogitare
 oportet. (Concedimus haec posteriora, si de duratione rela-
 tiva aut momentis imaginariis intelligantur, negamus autem si de
 absoluta aut momentis veris sermo sit. Durationes enim creatu-
 rarum absolutae sine successione vera, quas §. 6. commemorau-
 mus, aperte contrarium euincunt.) Latius mentem suam expli-
 cauit Vir Celeb. in Dissertatione superius citata, vbi (72) ita
 rationes suas subducit: „Qui nullam in Diuina duratione succes-
 sionem admittunt, illi nec unum eiusdem durationis momentum
 ab altero vere distinctum esse, possunt admittere. Res ergo
 omnes, quae praeter et extra Deum existunt, indeque coexisten-
 te Deo recte dicuntur, omnes in eadem Diuinae durationis mo-
 menta s. quoniam plura diuersa in Deo non dantur, in unum
 idemque durationis Diuinae momentum incidere, adeoque et
 omnes simul esse, necesse est. - - - Res igitur omnes, quae di-
 versissimis mundi aetatibus fuerunt, simul omnes esse et fuisse,
 Christumque adeo Salomon, et Salomonem Adamo, hosque
 omnes nobis, et nos iterum omnibus illis, qui tempora nostra
 in sequentur, coaeuos esse, semperque fuisse necessario erit fa-
 gnosendum. Imo quoniam Deus ab aeterno iam fuit; ab aeter-
 no quoque res omnes, praeter Deum existentes, ob eandem il-
 lam rationem, simul fuisse necesse est; si Diuinae durationis mo-
 menta, quibus illae coexistunt, inter se non diuersa sunt. „ In
 hac argumentatione concedimus Viro Celeb. antecedens, nega-
 mus autem consequentiam simpliciter. Concedimus: in dura-
 tione Diuina (eaque absoluta, in relativa enim quilibet momen-
 ta admitit, vid. §. 11.) non dari momenta a se inuicem vere
 distincta s. quod idem est successiones veras, negamus autem ex-
 inde sequi: quod res omnes, quae extra et praeter Deum exi-
 stunt, in unum idemque durationis Diuinae momentum incident,

E 3 adeo-

(72) §. 22. pag. 37.



adeoque simul omnes sint. Hoc enim non sicut ex conceptu durationis fixae in genere, sed eius praecise, cui deficit continuitas, et in qua omnia in unum velut contrahuntur. His enim si supponatur, certum est, vel Deum non coexistere creaturis omnibus, vel omnes creaturas simul et uno eodemque momento existere debere vid. §. 7. V. Tandem Vir Celeb. ita pergit (73) :
 „Quod si Diuina duratio successionis omnis expers est, neque nadeo unum eius momentum, quod necessario inde consequitur, vni, aliud alii cuidam rei successiue coexistit, cum eademque coincidit; totam illam semper vel esse, vel cogitari oportet, vbiunque illam in relatione ad res, extra Deum existentes, consideramus: si modo totum appellari proprie potest, quod partibus omnibus carere concipitur. Quod si tota ergo Diuina duratio hesterno v. c. diei coexistit; nihil eius hodierno amplius coexistere potest: et si hodierno tota coexistit, nihil eius relinquitur, quod crastino, vel subsecuturis diebus temporis momentis alii coexistere amplius possit. Totum enim iam adesse, et tamen adhuc residuum aliquid facere, quod nondum adsit, sibi iterum aduersatur. Quod si tota vero duratio Diuina sic hesterno diei v. c. iam coexistit, adeoque hesterni diei limitibus quasi circumsepta est et definita; ultra et praeter eius diei terminum nihil superesse Diuinae durationis amplius potest, adeoque et cum hesterno die desississe Deum iam oporteret: id quod absurdum est.“ Reete haec omnia se habent, si tota duratio Diuina idem est, ac contractio omnium eorum, quae ad durationem Dei pertinent, in unum, fatemurque absurdia, quae ex hac sententiâ fluunt, nec melius, nec viuidius potuisse repraesentari, quam quidem a Viro Celeb. in hisce verbis factum est. Idem tamen, quod de reliquis in medium productis dictum est, etiam hic valet, Virum scilicet Celeb. nihil aliud his omnibus obtinere, quam ut eam saltēm destruat ac euerterat aeternitatem fixam, quae peruersè explicatur, et quam nemo admittit saniora edocetus. Quae supra ad §. 5. num. 53. diximus, commonstrabunt, quomodo

(73) *Diss. cit. f. 24. pag. 40.*

SC 397.224 (27)

modo haec absurdia secundum communem sententiam evitentur,
quare plura nunc non addimus.

Accedimus tandem ad Cel. et S. R. Dnum crvsum. Obicitis
quoque aeternitatis fixae defensoribus, eos eam non sine insigni ab-
surditate facere momentum. Quo successu id fiat videbimus.
Audiamus eius meditationes (74): „Gesetz in der Ewigkeit Got-
tes wäre keine Succession von Augenblicken, das ist von Theilen einer
„möglichen Zeit, die wir in Gedanken unterscheiden können, so müßte
„sie, dasfern sie ein wirkliches quando bleiben soll, nur ein einziger
„Augenblick sein, daraus folgen aber Widersprüche, welche schon §. 55.
„gezeigt worden. Sunt autem haec contradictiones sequentes:
„Wenn die Ewigkeit Gottes nichts weiter, als ein einziger Augenblick
„wäre, so müßten die hinter einander folgenden Dinge in der Welt mit
„diesem Augenblick zugleich sein, denn wenn zwei Dinge mit einem
„dritten zugleich sind, so sind sie auch unter einander selbst zugleich. Fer-
„ner müßte eine iede Veränderung in der Welt mit der ganzen Ewigkeit
„zugleich da sein.“ Pergit allegatus Dnis Autor §. 225: „Ich sehe
„zu demselben nur noch dieses hinzu, daß die Aktion Gottes, wodurch
„er der Welt ihren Ursprung gegeben, ferner das Dasein der Welt, die
„ganze Fortdauer derselben, und dasfern er sie wieder vernichten wollte,
„auch das Ende derselben, in einerlei und in eben denselben Augenblick
„stelle, welches alles widersprechend ist.“ Concedimus Viro Celeb.
aeternitatem, quae vnicum sit momentum, adeoque existentia,
quae concipi potest, minima esse maximum, quod cogitari pot-
est, absurdum. Concedimus ipsi omnes contradictiones, quas
exinde deducit, istiusmodi aeternitati tribui posse et debere, vid.
§. 7. Negamus autem eas ex aeternitate Dei fixa in genere, multo
minus continua in specie, legitime fluere. Negamus maiori-
rem propositionem in hoc Syllogismo: Quaecunque duratio suc-
cessionibus caret s. fixa est, ea vnicum est momentum, s. existen-
tia minima. A. Duratio Dei absoluta etc. (de hac enim sermo
est, cum in relativa successiones ab omnibus admittantur, vid. §.
5.) Ergo. Nec, quod pace Viri Celeb. monemus, hanc propo-
sitio-

(74) in dem Entwurf der nothwendigen Vernunft-Wahrheiten s. in
Metaphysica §. 55. & 256. pag. 92 sqq. et pag. 469.



sitionem videmus probatam, nec probari posse censemus. Quid enim fiet de duratione creaturarum successionibus omnibus vacua? Si vero, aut de momentis successionibusque imaginariis, sermo sit, aut ex ea, quae Viro Celeberr. forsitan mente sedet, concludatur notione, talisque assumatur existentia, quae non est continua, sed in unum punctum collecta, omnia ipsi concedere possumus, cum contra nos hoc pacto non disputeret.

Supereffet, ut de Praecell. Dno M. KÖSELITZIO nonnulla diceremus. Verum non est, quod addamus. Omnia enim, quae contra Celeb. HOLLMANNVM monita fuerunt, etiam hic prorsus valent, cum in ea, qua Vir Praecell. nobis notandus venit, parte, ipsum in omnibus sequatur (75).

§. II.

Quantis igitur difficultatibus dubiisque hac in doctrina supercedere queamus, dummodo sanioris repurgataeque ab inepitis Scholasticorum quisquiliis, Theologiae naturalis inhaerere principiis velimus, Benevolus Lector ipse nunc iudicet. Cessent igitur, quod haetenus fecerunt, aeternitatis fluxae defensores, sententiam sibi oppositam istiusmodi argumentis impugnare, quae eam non feriunt. Cessent porrotenus aeternitatem Dei fixam tanquam momentum ex usu loquendi vulgari, et hoc ipso tanquam dogma maximis absurdis contradictionibusque plenam traducere. Sic enim remoto, quod potiori iplis offensioni erat, conciliatio huius dissidii facilius speranda est.

Deo autem Regi aeternitatum sit soli gloria in secula seculorum!

(75) vid. Disp. KÖSELITZIANA §. 8. pag. 13.



CORRIGENDA.

- pag. 2 lin. 20 leg. Ut igitur ab æternitate ordiamur.
pag. 4 lin. 4 leg. non-existentia
num. 3 lin. 6 leg. Plura hac de re ad §. 5 num. 52 dicemus;
pag. 6 num. 11 lin. 1 Nostra hic ex parte fecimus
pag. 10 lin. 4 - physice & realiter ipsi præsentia
pag. 17 lin. 17 - amplectantur
pag. 19 lin. 11 + non differat realiter
pag. 20 lin. 15 - nullas
pag. 22 lin. 8 - subjecta sunt, secundum quas duratio eorum &c.
pag. 24 lin. 23 - ipsi æquipollentibus
pag. 29 lin. 6 - Scholasticorum sententia deprehendimus, absurdarum
lin. 32 - nec per momenta, continua serie se invicem excipi-
entia, decurrere.
pag. 31 lin. 7 - respondere queant judicantes
pag. 37 lin. 9 - quas §. 5 I. γ commemoravimus.
pag. 35 lin. 11 post uerba: in æternitate Dei designant, add: &
prouti ex verbis appetat: eam esse æternitatis ra-
tionem, quod illa omnibus temporum differentiis
tota simul coexistat. Hæc enim est ipsa Scholasti-
corum sententia vid. §. 4.
pag. 40 lin. 1 post verba: quid enim fiet de duratione creaturarum
successionibus omnibus vacua? addantur sequentia:
Nec concludi potest: Quidquid successionibus hinc
momentis caret, illud est momentum unicum.
Conf. quæ §. 8 pag. 30 dicta sunt, & Cel. Dnus,
WINKLERUS nota 67 citatus.
- Reliqua levioris momenti favori B. L. committuntur.



CORRIGENDA

三

卷之三

99 4 6988



ursprüngl. Stk. 1 nicht gezählt, da
Taläl nicht zu ermitteln

1317
V078

Retr. ✓

Farbkarte #13



B.I.G.

Black

DEO T. O. M.

ISSIME ANNVENTE,
TOCH. MAGNIFICENTISSIMO,
MO PRINCIPE AC
DOMINO,

FRIDERICO,

REDE MECLEBURGICO,
ORVM, SVERINI AC RACEBURGI,
SI, TERRARVM ROSTOCHII AC STAR-
DIAE DYNASTA,
HOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO

NEM PHILOSOPHICAM,
AETERNITAS DEI
T MOMENTVM,
DISQVIRENTEM,

X CONSENSV
PHILOSOPHORVM ORDINIS,
AESIDE

H E N R . P R I E S ,
OS. P. P. O., AD AEDEM D. JOH. PASTORE,
VLTATIS HACTENVS DECANO,

XII. APR. MDCLII.

ROCH. PVBLICO ERVDITORVM
TINIO SVBJICIET,

P O N D E N S

F R I D E R I C V S L O P P N A V ,

VICENSIS, S. S. THEOL. ET PHILOS. CVLTOR.

ROSTOCHII,
ERIS RÖSIANIS.

32